



NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA
8
15 — H
55 M

ASPASII CROCIPPI

PÆDAGOGVS PAEDAGOGORVM.

SIVE

PARAENESIS


Ad aſsiduam, ueram ac fructuoſam, SS. Bibliorum lectionem.

In uſum Grammaticorum & Citricorum, itemque Ludimagiſtrorum, omninoque Cathedrariorum hominum.

Qui inter Lutheranos & Caluiniſtas ingenio & eruditione excellunt.

Nunc primum authoris voluntate ac iuſſu in Germania ſcripta & edita.

Anno M DC. XI.



ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

DOMINO SCIPIONI CARDINALI BVRGHESIO SVMMO PÆnitentario & Germanicæ Protectori.



Doleſcentulos in ſcholis ſtultiſſimos fieri, Petronius Arbiter exiſtimat: quod mihi quidē haud paulò veriùs in viros competere videtur, quos, quanto plus in ſcholis valent, tanto magis plerumq; ſtulteſcere, tum ſuam adoleſcentibus ſtultitiam affricare conſtat, neq; verò id heri aut nudius demum tertius vſuuenire cœpit. Nam multis iam abhinc ſæculis Stoicorum princeps Epictetus *Scolaſticum* animal definiuit, *quod ab omnibus deridetur.* Sed cùm Scholaſticorum alij Triuiales ſint ſiue Claſſiarij, alij Academici, vtri maiorem riſus materiam alijs præbeāt, à multis ambigitur. Nam vtriq; ſpecie cuiusdā

Scolaſticorũ ſtultitia

exſuperantiæ inflari, ceruiculam iactare ac ſe ipſi circumſpicere, & de ſuſperiori loco non aliter quàm gallus de ſterquilinio ſuperciliosè alios deſpectare conſueuerunt. Et Academici quidem non pueris, ſed pænè viris excellere, & regnum tenere ſe putant, ſubditos etiam ſuos, cum viſum fuerit, vinclis & carcere frenare, proſcribere, relegare ac tantum non in Inſulas deportare ſolent: tum verò Pedellos quoque veluti primos lictores habent, qui in publico præeant, & ſceptro palam prælato turbā ſubmoueant, & ſolenne illud carmen occentent: *Tranſeat venerabilis Magiſter noſter &c.* Hoc regni genere non intumeſcere ac ridiculum fieri eum, qui non multum extra ſcholas fuerit, neq; reipub. partem aliam attigerit, tā mirari licet, quàm quod maximè præter opinionem omnium accidere poteſt. Veruntamen quiddam adhuc Ariſtocratici habet illa imperij Academici forma, cùm qui præſunt, virtutis, hoc eſt, ſcientiæ ſeu doctrinæ cauſa eligi, & propter ſubditorum ſiue, vt Salluſtiano verbo vtar, *parentium* bonum atq; vtilitatem ex legum præſcripto imperare ſoleant. Itaque

Quæ res Academicos inflare ac ridiculos facere ſoleat.

Imperium Academicorū eſt Ariſtocraticum.

maio-

minorem eis præſtantiæ opinionem ac ſtultitiam accedere cōſentaneum eſt, atq; *Virgatoribus* illis, Triuialium ſcholarum moderatoribus, ſiue, quod quidam illorū ſibi adſciſcere maluit, *publicis Alphabeti Profeßoribus*: quorum in pueros multò ipſis minores Deſpoticum, ſiue Herile ac Tyrannicum prorſus eſt imperium. Nam voluntas eorum ipſis pro lege eſt, adeoq; pœnas pueri dependunt, quotiescunq, Dionysijs iſtis libuerit, non relicto prouocationi ſiue appellationi loco. Neq; verò vtilitatem puerorum, niſi ex euentu ſiue, vt vulgo loquimur, *per accidens*, propoſitam habere ſolent, quod ipſi nimirum, niſi quid in ſcholis lucri faciant pueri, de ſua vtilitate periclitentur. Atq; hanc Ariſtoteles 3. Polit. 4. Deſpotici imperij definitionem tradit, *quod vtilitatem Domini per ſe ſpectat, ſerui autem ex euentu, cum fieri haud poßit, vt ſeruo intereunte imperium Domini ſit ſaluum.* Non abeſt autem illis ne illa quidem voluptas, quam Dionyſius vel præſtantiſſimam iudicabat, cū diceret, tum ſe maximè ex imperio fructum percipere, cùm ſtatim fieret, quicquid iuſſiſſet.

Sed Ludimagiſtrorum triuialium eſt Deſpoticum ſiue Tyrannicum.

Simul ac enim nō *Capitales*, ſed *Natales* pœnas à pueris expetere concupiſcunt, dicto citius fit, quod imperant. Vtrum meruerint illas pueri, ipſorummet Tyrannorum eſt diiudicatio. κρατεῖ γὰρ εἷς, τὸν νόμον κεκτημένος αὐτὸς παρ' αὐτῷ, ait Euripides, hoc eſt: *Vnus enim rerum potitur, qui ipſe ſibi lex eſt, omniaq́ ex arbitrio ac libidine ſua agit.* Atqui hoc haud multò minus eſt, quàm eſſe præſentē Deum, ac tantum non diuiſum cum Ioue imperium obtinere. Εἰκὼν γὰρ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ. *Eſt namq́ viua Rex imago Diespitris*, ait Menander: & quemadmodum philoſophus ille Scenicus cenſet Euripides:

Ludimagiſtri Dys ſimiles ſibi videntur.

Τυραννὶσ εἶναι θεῶν βίοσ νομίζεται.
Τὸ μὴ θανεῖν γὰρ οὐκ ἔχει, τἄλλα δ' ἔχει.

Tyrannis eſſe Deorum vita creditur,.
Cui omnia adſunt, niſi ſola immortalitas.

Itaq; rebus relictis & omni alia cura depoſita illuc potiſſimum contēdere Hieronē Pindarus monet, vbi rerum humanarum ſumma ſit ac felicitatis complementum: ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι, τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι, μηκέτι παπταίνε πόρ-

τι πόρσιον. id eſt, *alii aliis rebus magni ſunt & admirabiles: ceterúm ſupremum rerum humanarum faſtigium Reges tenent.* Itaque ad maiora lõgiùs ne proſpicito. Tanto autem Scholaſtica Tyrannis illa ceterorum Tyrannorum felicitatem ſuperat, quod alii Tyranni eos, à quibus metuuntur, metuere neceſſe habent: iſti uerò cum ſemper metuantur, nihilo illa cauſa minùs ſecurè in utramuis aurem conquieſcũt. Quomodo autem fieri tandem queat, ut hæc tanta proſperitas & imperii excellentia animos eorum non excæcet ac ſui ignorationem inducat? Homerus quidem dimidium mentis ei Iouem auferre cenſet, quem ex libero ſeruum fecerit: at ego plus quám dimidium mentis deperire iis animaduerti, qui uel imperium in pueros, uel alioquin regnum Cathedrarium adipiſcuntur. Nam etiam illos, qui priùs rempub. cum magna iudicii ac prudentiæ commendatione gerere uiſi ſunt, ac uel faſtidioſæ politulorum Aulicorum cenſuræ ſuam uitæ morũq; elegantiam ſatis probarunt, non multo pòſt, quàm mutato uitæ inſtituto, inter pueros & adoleſcẽtes cum imperio

Eorum Tyrannis longè aliorum Tyrannorũ ſorte felicior.

Itaq; nimia felicitate infatuantur.

Etiam qui priùs prudentes uiſi ſunt.

perio uersari cœperunt, veluti Circæo poculo totos immutatos & sensu quoq; communi expertes factos videre licet.

Vt satius multò iam sit parere quietum,
Quàm regere imperio res velle & Regna tenere.

Inter Scholasticos Grammatici sunt maximè fatui

Ceterum licet omnes Scholastici præcipuo quodam stultitiæ genere affecti sint, minus quidē certè sapiāt, quàm si procul à scholis ætatem egissent, tamen Grammaticis stultitiæ palma sine omni controuersia debetur, adeò vt ne Medicos quidem multum contradicturos existimem, quamuis Athæneus *exceptis Medicis nihil Grammaticis stultius esse* scripserit, itaq; stultitiæ primas partes Medicis, secūdas Grammaticis detulerit, q vtriq; scilicet imperij specie infatuati ridiculos se præbere soleant. Et sanè non parum est, quod Medicis promiscuè omne hominum genus, ipsi etiam Reges, atq; adeò Grammatici quoq; parere & dicto audientes esse sæpius necesse habent, ac per eorum viuunt ac moriuntur sententiam: nihilominus quoniam quæstus causa non modò vrinas inspicere, sed etiam alui excrementa & ciborum reliquias oculis ac na-

Etiam Medicorum stultitiam superāt.

ribus

naribus usurpare Medici solent, ac nisi id faciant, de amittendo imperio suo magnoperè periclitantur, eos Grammatici præ se contemnunt, suumq́; imperium sordido illo Asclepiadarum regno longè amplius ac dignius esse sibi persuadent. Ceteris autem Cathedrarijs, Theologis puta, Iurisconsultis ac Philosophis hoc se nomine anteponunt, quod illi, nisi ope Grammaticorum locum suum obtinere haud quaquam possint, & ita quidam Grammaticorum beneficiarii, clientes seu vasalli videantur. Grammatici verò extra scholas, qui sine imperio sunt ac privati ætatem agunt, eo sibi pulchri ac beati unoq́; Iove minores videntur, quod illud possideant, cui imperium non modò in pueros, sed etiam in Academicos, atq; adeò in omnes, quot ubiq; sunt, eruditissimos homines deberi persuasum habent, eaq́; opinione dementati nihilo plus quocumq́; Cavalone & alphabeti professore sapiant, & risum omnibus ambitione sua moveant. De quo genere hominum, vel dicam, pecorum aut asinorum insignis est Sexti Philosophi locus ad-

Grammatici quare se ceteris Cathedrarijs præferant

Quare Grammatici, qui Scholastici non sunt, superbiant

versus Mathemat. cap. 9. *Maximè, inquit, de suo artificio sibi placent seq; magnificè jactant Grammatici: eos autem semper insectantur, qui sunt alijs ornati disciplinis, quasi illi ne communem quidem Græcorum morem & consuetudinem novissent: atque adeò si quando in disputatione premantur, sæpè non inveniunt aliam evadendi rationem ad abstrahendos eos, cum quibus disputant, quàm quod barbara sit ac solœca eorum oratio. Videmus etiam Grammaticos, qui ferè ne duo quidem verba dextrè possunt contexere, velle unumquemq; ex antiquis, qui dicendi facultate & Græci sermonis proprietate plurimum valuerunt, ut Thucydidem, Platonem, Demosthenem, tanquam Barbaros, reprehendere.*

Scolastici & Grammatici Catholici habent aliquod stultitiæ remedium.

Est tamen non mediocre discrimen, quod inter Scholasticos sive Grammaticos Catholicos & Hæreticos animadvertere licet: nam *Catholici* necesse habent sæpè fieri parvuli, ad Sacerdotis pedes se abijcere, suam inscitiam rerum maximè necessariarnm agnoscere, sua flagitia fateri, obiurgationem æquissimis auribus admittere, pœnas Sacerdotis sententia decretas

decretas pendere: quibus omnibus ſtultitiæ & amabilis illius inſaniæ morbum ſi minùs excidi, ſaltem levari & inhiberi oportet: quæ quidem res in tam graviter affectis, quibus ſanitatis loco bona remiſsio eſſe ſolet, minimè videtur faſtidienda. Quo accedit, quod alicubi homines nobilibus & illuſtribus familijs editi, & uſu rerum ac hominum variorum jam exculti, impune & quemadmodum Lucretius ait, *ſua ſine parte pericli* docendæ juventutis provinciam ſuſcipiunt, neq; tamen propterea reipub. in gravioribus etiam officiis inſervire deſinunt. Sed *Hæreticorum* longè alia, & ſine dubitatione, miſerrima eſt conditio. Eis enim jam indè à pueris perſuaſum eſt, non eſſe Epiſcopis ac Sacerdotibus parendum, ſed velut rudibus & indoctis ſtrenuè oppedendum. Itaque non modò nunquam ſtultitia eorum deſinit, ſed ne pauxillo quidem tempore intermittitur: in quo ipſo tamen nequaquam tantum eſt mali, quàm quod alieno periculo & damno ſtulteſcunt, omnibusq; ijs, apud quos auctoritate valent, juventuti præſertim, contemnendæ & conculcandæ

Quorum ſtultitia eſt reipub. pernicioſiſſima.

culcandæ Ecclesiasticæ potestatis auctores sunt. Lutherus quidem certè nunquam tam ingenti Ecclesiam detrimento & clade affecisset, nisi ei Erasmus, Hutterus, Melanchthon, Sturmius alijq́; poëtæ, Grammatici, ac Ludimagistri literularum lenocinio Scholasticam juventutem conciliassent. Cùm enim Catholicorum Theologorum ratio, quod literarum ferè lumine careret, tristior & subagrestior videretur, retroq́; ab ea vulgus abhorreret, isti autem pestiferam Lutheri doctrinam orationis suæ pigmentis operosè exornarent, & ijs, qui non æquè quid in rebus tam arduis verum sit perspiciunt (quorum quidem longè maxima generis humani pars est) venenum melle conditum propinarent, factum est, quod nemo bonus sine gemitu commemorare potest, ut intra modicum tempus integra regna provinciæq́;, Ecclesia Catholica valere jussa, in Hæresios castra concederent.

Plurimos enim ad se alliciunt.

Quapropter genus istud hominum, etsi stolidum & ridiculum, propter auctoritatem tamen, quam apud indoctiores, hoc est, apud maiorem hominum partem obtinent (quod

enim

enim in verbis ſit elegans, plurimi ſunt, qui facilè perſpiciant, ceteri quamvis Venerem orationis minimè intelligant, ea tamen capi teneriq; ſolent) nequaquam ab Epiſcopis & Eccleſiæ Antiſtitibus contemnendū, multò autē minus acerbè & contumeliosè tractandum, sed eos quidem, qui in officio ſunt & Eccleſiæ obediunt, humanitate & officijs retinendos, ceteros autem, qui ſuam Hæreſibus operam navant, & cùm doctrina, tum ſcientię opinione in errore alios confirmant, quantò difficilius ad officium reducuntur, tantà maiore & efficatiore conatu tentandos, nihilq; quo allici poſſe videantur, reliqui faciendum puto. Atq; hæc ipſa mihi cauſa fuit, cur hanc meam *Parænesin*, qua cuidā primi in illo ordine nominis operam navare ſtudui, quam etiam ceteris cum primis neceſſariā amici exiſtimant, & ſcripſerim nuper, & nunc edere voluerim. Fortaſſis enim erunt aliqui, quos magnitudo periculi, in quo eos verſari luculentiſſimè demonſtravi, commoveat, & ad veritatem in ſacris literis inveſtigandā, & ad vera ac neceſſaria eius rei adiumenta deinceps adhibenda inſtiget.

Ac propterea non ſunt contumeliosè tractandi.

Cauſa huius ſcripti.

Causa inscriptionis seu dedicationis.

Nihil autem peccaturus mihi visus sum, si pij laboris mei monumentum tibi, Cardinalis Illustrissime, inscriberem: non modò quia *Summi* Ecclesiæ *Pænitentiarij* officio præes, sed etiam quia te nuper Germaniæ Patronũ & *Protectorem* Sacratissimus Imperator adoptavit, adeoq́; quæ ad erroris Pœnitentiã in tantæ presertim auctoritatis hominum animis excitandam faciunt, quod Germaniæ salutem ea re propemodum contineri appareat, ad tuam potissimum curam provisionemq́; pertinent. Quare à te reverenter peto, ut hoc meũ munusculum boni consulere velis, meq́; clientibus, quos veri honoris tui studiosissimos noris, volens annumeres: simul autem Deum veneror, ut hanc tibi novi honoris munerisq́; accessionem fortunet, ut quemadmodum *Scipio* olim ex Africa devicta & Romanæ urbis ditioni subiugata, *Africani* cognomen invenit, similitèr tu avunculi tui PAVLI V. Optimi Maximi Pontificis auspicio Germania tota ad Ecclesiæ Romanæ obedientiam reducta *Scipio Germanicus* audire merearis.

Votum.

VALE.

ASPASII CROCIPPI AD DIONYSIVM LONGINVM PARÆNESIS.

Salue vir doctissime,

ETsi quotidie salutis tuæ desideriũ tui memoriã mihi renouat, hodie tamen lecta passionis D. N historia plus solito de te reꝗ; tua cogitaui. Scribæ nempe ac Seniores Iudæorum, cùm quod Christo obijcerent, quoque suum erga ipsum odiũ excusarent, non haberent, *quærebant falsum testimonium contra Iesum*, & ægerrimè illis erat, quod nullum inuenire possent. Similiter tu in nupera tua ad præstantissimum *D. Belisarium* epistola cúm haud haberes, quo tuum erga Ecclesiam Catholicam odium non prorsus iniustissimum esse demonstrares (nam cum Ecclesia non esse, est eius hostem esse, velut Christus ait: *Qui non est mecum, contra me est*) falsum testimonium tibi quærendum putasti. Scribis enim, ideò te cum Ecclesia non communicare, *Quòd ea sacras literas contemnat, & homines eo velut fidei suæ fundamento vti nolit.* Hoc autem esse falsum testimonium, & viro vel mediocritèr bono prorsùs indignissimũ, ipse probè nosti. Cedo enim, vndè vos Biblicos libros habetis & à Deo profectos scitis, nisi ex Ecclesiæ Romanæ testimonio? Audi, quod nobis maximè est optandum, confitentem inimicum nostrum Lutherum:

A d. 31. Martij 1611.

Occasio huius scripti.

Prior Longini excusatio cur Catholicus fieri nolit.

Longinum dixisse falsum testimonium probatur ex Lutheri confessione

Nos Lutherani COGIMVR *hoc Papistis largiri & concedere, quòd verum est, in Papatu scilicet esse Dei verbum & Apostolatum, nosq́, sacram scripturam ab ipsis sumpsisse, alioquin quid nos de illis sciremus?* Tom. 4, Ger. VVitt. fol. 227.b. & Tom. 7. Ien. fol. 169.b.

Vnde Lutherani Sacram Scripturam acceperint.

Papistæ

Papiſtæ nõ minus ſacra ſcriptura nituntur, quam Lutherani.

Papiſtæ de Deo & verbo eius gloriantur, quod ſimiliter nos Lutherani facimus: vtriq; ſcripturas pariter citamus, ac de illis nobis conuenit: ſed de re ipſa deq; ſenſu longiſſimè inuicem diſsidemus] Ibid. fol. 179. b. §. 3.

Lutherus ait ſe tantum contra Abuſus Papiſtarum agere.

Quod ad ipſam ſubſtantiam attinet, Papa Sacramenta ac S. Biblia relinquit ſalua, tantùm cogere nos vult, vt ijs ex arbitrio præceptoq; ipſius vtamur. Opus ipſum in ſe non negat, ſed vſum eius. Itaq; OMNES meæ Diſputationes, ſcriptiones & actiones ſunt contra Abuſum Papæ] In colloq. Iſleb. de Sacramento Altaris fol. 211. *In quem ſenſum Auguſtana quoq; Confeſſio poſt articulum* XXI. *& mox in præfatiuncula de Abuſibus mutatis*, negat Lutheranos de VLLO articulo fidei ab Eccleſia Catholica, & Romana diſſentire, & TANTVM paucos quoſdam abuſus omittere, de quibus etiam TOTAM diſſenſionem eſſe affirmat.

Papiſtas ait Lutherus inniti Scripturis.

Sed Lutherani nihil eas curant.

Tametſi Papiſtæ ingentem cumulum locorum Scripturæ afferant, in quibus bona opera præcipiuntur (ſicut ſanè tam multa ſunt eiuſmodi loca, vt numerari nequeant ac peculiarem librum requirant) ego tamen nihil curo omnia dicta Scripturæ, ſi etiam adhuc plura afferrentur. Tu Papiſta valdè faſtidis ac ferocem te facis cum Scriptura, quæ tamen Chriſto, vt famulus Domino, ſubeſt. Age ſanè, nitere famulo, quantum volueris: Ego Chriſto nitar, vero Magiſtro, Domino & Imperatore Scripturæ. Huic aſſentiar, & ſcio, nihil eum mihi mentiturum eſſe] Hoc modo ſuos diſcipulos Papiſtis reſpõdere docet, cùm ab ijs Scripturarum teſtimonijs conuincuntur. Tomo 1. Ger. VVitteb. in Comment. Galat. 1. fol. 152. & ſeqq. vel 144. & ſeqq.

Res ipſa Longinum falſi teſtimonij conuincit.

Iam ergò vides, quid te futurum ſit, ſi Lutherum viuere, & in his, quæ ex eius libris protuli, ſibi conſentire contingat. Teſtaretur ſcilicet, te falſum dixiſſe teſtimonium. Sed etiamſi Lutherus iſta non ſcripſiſſet, non deeſſent alia argumenta, quibus falſi teſtimonij apertiſſimè & nullo prorſus negotio cõuinci queas. Quis enim tam ingentes in Bibliorum editiones fecit impenſas, quas Cõpluti & Antuerpiæ editas eſſe noſti? quis verſionẽ 72. Interpp. edendam curauit? quis cum tot manuſcriptis laborioſiſſimè collatum vulgatæ editionis textum toties emiſit? quis fuit Hugo Cardinalis, quis Dionyſius Carthuſianus, quis Toſtatus

quis

quis Salmero, quis Arias Montanus, eiſq; ſimiles complures alij, qui tam ingentia volumina intra non multos annos explanandis S. Biblijs elaborarunt? Conſule ſodes Francofurtenſes librorum Iudices, & falſitatem teſtimonij tui tandem recognoſce, nam alia multa, quæ poſſem afferre, me tædet. Dices: Tamen Papiſtæ ad auctoritatē Eccleſiæ, Patrū & Conciliorum ſemper confugiunt, eoq; quam parui Scripturarum auctoritatem faciant, ſatis declarant. Sed hoc perindè dicis atque illi, qui aduerſus Ieſum teſtabantur: *Nos audiuimus eum dicentem: Ego diſſoluam templum hoc manu factum & poſt triduum aliud ædificabo.* Itaque grauitatem falſi teſtimonij etiam calumnia accumulas. Confugimus omninò ad Eccleſiæ auctoritatem, non tamen vt Scripturas propterea miſſas faciamus, ſed vt verum earum ſenſum doceamur. Quamuis enim nos Catholici tibi ac tuis dicere jure poſſimus, quod ille Iob. 15. *Quid noſti, quod ignoramus? quid intelligis, quod neſciamus? Et ſenes & antiqui ſunt nobis multò vetuſtiores, quam patres tui.* hoc eſt, habemus & habuimus in Romana Eccleſia, qui Hebraicè, Græcè & Latinè nihilo, quam tu ceteriq; Lutherani & Caluini, indoctiores fuerint: nequaquam tamen, perindè ac vos facitis, ea ſcientia inflati nos ad intelligēdas ſcripturas ſatis inſtructos putamus: ſed cum ſciamus Sapientiam Bibliorum eſſe *in myſterio reconditam, quam nemo principum huius ſæculi cognouit; neq; vllus Animalis homo poteſt intelligere, niſi ei ſpiritus Dei, qui profunda Dei ſcrutatur, reuelauerit, ſenſumq; vt ſcripturas intelligat aperuerit* (1. Cor. 2. Luc. 24.) propterea indè verum ſcripturarum ſenſum & rerum diuinarum, ſeu profundorum Dei ſcientiam petimus, vbi ſpiritum & verbum Dei certò inueniri exploratum habemus, nempe ab Eccleſia, ſiue à Paſtoribus, *qui non ſpiritum huius mundi acceperunt; ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, vt ſciant, quæ loquuntur*, hoc eſt, *ſpiritum ſcientiæ*, qui facit, vt id, quod nobis loquuntur, ſiue intelligant, quantum quidem ſalus noſtra poſtulat. Hic autem *ſpiritus*, id eſt, hæc gratia, ſiue hoc chariſma aut donum ſpiritus (nam ſic intelligere oportet, cùm de ſpiritu alicui dato audimus. *Diuiſiones enim gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, diuiſiones ſingulis prout vult*, 1. Cor. 12.) ijs indubitatè & infallibilitèr datur, qui ſine tali

Quanti auctoritas Patrū & Conciliorū ſit à Papiſtis.

Catholici nulla in re ſunt Hæreticis inferiores.

Non tamen propterea intellectum Scripturæ ſibi vindicant.

Sed à ſpiritu Dei in Paſtoribus loquente verum ſenſū petunt.

Paſtores acceperunt ſpiritum, id eſt, donum ſpiritus ad munus Paſtoris neceſſarium.

ne tali charismate munus suum rectè exsequi nequeunt, nimirum Episcopis in Concilio præsertim congregatis, maximè verò ei, cui Christus omnes oues suas sine exceptione, atq; adeò ipsos Episcopos pascendos sic commisit, *Pasce oues meas.* Quomodo? Scientia, & quidem iuxta cor Domini, siue, sine errore. Ierem. 3. *Introducam vos in Sion.* Per quos? per Pastores, quorum est ducere oues. *Et dabo vobis Pastores iuxta cor meum, vt pascant vos scientia & doctrina.* Malach. 2. *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirent ex ore eius.* Isai. 2. *De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ierusalem. Itaq; ibunt populi*, qui verbum Dei & scientiam, siue verum eius intellectum discere cupient, *& dicent* (quid? vtrum sic: Age, legamus Biblia, & eum sensum, quem nos ex cognitione Hebræorum, Græcorum aut Latinorum vocabulorum hauserimus, eiq; velut solido fundamento omnem nostram Fidem superædificemus? Nequaquam ita dicent, sed) *venite, & ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei* (Ecclesiam, quæ est domus Dei viui, columna & firmamentum Veritatis. 1. Tim. 3.) *& docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius*] Itaq; in Dei semitis, siue in vera religione non ambulat, quem Deus non docuerit vias suas: neminem autem docet Deus, nisi qui adscenderit ad montem & domum Dei, siue, qui non coniunxerit se Ecclesiæ, & *Præpositis eius obedierit & subiacuerit*, Heb. 13. Nam hos Deus constituit, vt sint *Lux mundi*, Matth. 5. *quibus dedit gratiam, vt illuminet omnes*, Ephes. 3. *& aperiant oculos cæcorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem*, Act. 26. Inprimis autem vult nos *adscendere ad consulendum Sacerdotem, qui præest loco, quem elegit Dominus.* Deut. 17. Ita Paulus *adscendit ad Petrum, vt conferret cum eo suam doctrinã.* Gal. 1. & 2. sic Oseæ 2. dicitur de Christianis, fore *vt ipsi sibi ponant* CAPVT *vnum, ad quod adscendant.* Hanc porrò gratiam Scientiæ, siue Lucis, acceperunt Præpositi *Per impositionem manuum presbyterij*, Act. 13. 3. Act. 14. 22. (vbi vide Græcum textum) 1. Tim. 4. 14. 2. Tim. 1. 6. Cumq; eis dixerit Christus: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum Sanctum*, siue gratiam spiritus ad docendum, ad baptizandum, ad ligandum & soluendum, ad manus alijs imponendas, siue, ad alios eadem spiritus gratia donandos

Pastorũ mun⁹ quod sit.

Verbum Domini disci debet ab Ecclesia siue à Pastoribus.

Officium eorum, qui veritatem scire cupiunt.

Adscẽdere debent ad consulendum Caput Ecclesiæ siue summum Sacerdotem.

dos

dos necessariam: *qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit: non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui in vobis loquitur, qui vos docet omnem veritatem,* vobis ad docendum, & omnibus ad sciendum necessariam, *& manebit vobiscum in æternum vsq; ad consummationem sæculi, donec occurrant omnes* electi *in vnitate Fidei*: certe qui his rebellat, ipsi Lumini siue Christo rebellat, neq; spem sibi facere potest, scientiam viarum Domini se alitèr consecuturum. Iob. 24. *Ipsi fuerunt rebelles Lumini*: itaq; *nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius* Iob. 21. *Dixerunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.* Itaq; *Lucerna eorum exstinguetur.* Isai. 30. *Filij mendaces sunt, filij nolentes audire Legem Dei* (à Sacerdote, seu Vidente) *qui dicunt Videntibus: Nolite videre: auferte à me viam, declinate à me semitam* (nempe tritam) *loquimini nobis placentia,* siue noua, *videte nobis errores: qui reprobant verbum hoc* (quod in ore Sacerdotis posui) *& sperant in calũnia & in tumultu, & innixi sunt super eo,* hoc est, vt suam erga Sacerdotes inobedientiam defendant, calumniantur siue perperam interpretantur verba scripturæ, suamque corruptelam tumultuosè defendunt. Sic Isai 28. dicuntur *posuisse Mendacium spem suam.* Et Ier. 7. *confidere in verbis Mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* quasi dicat: Vtuntur quidem illi verbis scripturæ, vt 2. Paral. 7. vbi Deus sic promittit: *Elegi & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum.* Sed quoniam promissionem velut absolutè ac sine conditione factam intelligunt, cùm Deus conditionem ei adiunxerit, si nempè populus ambulet in mandatis Dei, propterea spes populi omnis posita est in mendacio & calumnia, siue in verbis scripturæ, sed mendaci ac falsa interpretatione deprauatis.

Pastori rebellans, rebellat Lumini.

Hæretici nolunt à Pastoribus discere.

Sperant in verbis scripturæ falsò intellectis.

Ita Lutherani eis, qui credunt, sine cõditione salutem promissam putant.

Hic animum sodes aduerte, mi Longine. Dicit Deus, *eos reprobare verbum & nolle audire Legem Dei.* Et tamen illi ad Legem prouocabant. Ierem. 17. *Ecce ipsi dicunt ad me: vbi est verbum Domini? Veniat.* quasi dicat, parati sum⁹ cedere, quamprimũ verbo Dei nos cõuiceris. Et Ierẽ. 8. *Dicitis sapientes nos sum⁹, & Lex Dñini nobiscũ est,* siue, vt Luth. vertit: *Habem⁹ sacrã scripturã ꝑ nobis.* Quo ipso loco etiã de ijsdẽ dicit: *Verbũ Domini proiecerunt, & sapientia*

Ad scripturam falsò intellectam prouocãtes, reprobãt scripturam.

Hæretici simulāt se cessuros, si verba scripturæ eis afferantur.

nulla est in eis, quemadmodum & Ier. 6. *Verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.* Et Ezech 33. *Dicunt* quidem: *Venite & audiamus quis sit sermo Domini, sed* cum audierunt, *in canticum oris sui vertunt eum*, siue, suauiter derident. Et Isai. 58. *Me de die in diem quærunt & scire vias meas volunt* (scrutantur scripturas) *quasi gens quæ iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ, appropinquare Deo volunt.* Et Isai. 5. *Dicunt* quidem: *Festinet & citò veniat opus Domini, vt videamus, & appropiet & veniat consilium Sancti Israel; & sciemus illud* (id est, magno se ostendunt teneri desiderio audiendi scripturæ testimonia: sed reuera) *Abiecerunt legem Domini & eloquium sancti Israel blasphemarunt.*

Sed cum afferuntur, ea derident & blasphemant.

Quomodo autē hoc fieri potest, vt ijdem simul de verbo Dei glorientur, & nihilominus verbum Dei proijciant, pro opprobrio habeant, & blasphement? Causas Deus tres reddit.

Eius rei tres causæ.

1. Quia falsum scripturæ sensum à parentibus & magistris in pueritia didicerunt

I. Quia *verè mendacium operatus fuerat stilus mendax scribarum* Ierem. 8. hoc est, quia Doctores & librorum scriptores suis falsis interpretationibus scripturæ, animos eorum præoccupauerant, vt persuasissimum haberent, se iam rectè verbum Dei intelligere: easq; falsas interpretationes tanto pertinaciùs tuebātur, quia à parentibus suis ijs imbuti fuerant, Isai. 3. *Pater tuus prior peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me* Ezech. 2. *Mitto te ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Patres eorum præuaricati sunt pactum meum, & filij dura facie & indomabili corde sunt.* Ierem. 9. *Dereliquerunt legem meam & non ambularunt in eo, quod didicerunt à patribus suis.*

2. Quia sibi sapere videntur, ita vt error parentum & educatio nihil ipsis nocere possit.

II. Quia dicebant: *Sapientes nos sumus* Ierem. 8. hoc est, nos extra erroris periculum sumus, non est quod vereamur, ne nos scribarum falsa interpretatio à parentibus nostris nobis instillata in errorem inducat, quia sumus homines literati, valemus iudicio, possumus verum à falso discernere: habemus ipsi oculos, nec aliundè vtendos petimus. Verba legis hoc modo intelligimus, non quia scribæ sic primum interpretati sunt, nec quia Parentes, amici ac præceptores nostri sic nos in pueritia docuerunt, sed quia nos ipsi satis nobis sapimus.

III. Quia *Videntes* siue Sacerdotes ex posteris Sadoc (multi

enim horum *custodierunt legem & cæremonias Dei, cum ceteri Leuitæ longè à Deo recederent in errore filiorum Israel, ijsq́ fierent in offendiculum iniquitatis*, Ezech. 44. hos igitur) contemnebant, calumniabantur, audire nolebant, nisi aliquid noui afferrent. Ierem. 6. *Hæc dicit Dominus: State super vias & interrogate de semitis antiquis, & ambulate in ijs. Et dixerunt: Non ambulabimus. Et constitui super vos speculatores* seu Videntes & Sacerdotes, qui veniente gladio seu falsa doctrina, canerent tuba. *Audite ergò vocem tubæ*, siue, cauete ab illa scripturæ interpretatione, quam speculatores falsam esse significant. *Et dixerunt: Non audiemus.* Ierem. 18. *Oblitus est mei populus meus, impingentes in vijs, in semitis sæculi, vt ambularent per eas in itinere non trito.*

3. Quia Legitimos Pastores contemnunt ac derident.

Et nouitatis lenocinio ducuntur.

Quisquis ergò eam scripturæ sententiam pro vera amplectitur, quam stilus mendax scribarum operatus est, quamq; ei adhuc puero parentes sui instillarunt, quisquis seipsum sapere & doctorem esse putat, quam qui à falsis interpretibus & parentum auctoritate decipi queat, quisquis deniq; Sacerdotes legitimè missos contemnit, & ab ijs in semitis antiquis duci & tubam eorum audire non vult, is etiamsi dies ac noctes scrutetur scripturas & gloriosè ad eas prouocet, ijsq; solis se credere profiteatur, reuera tamen scripturas reprobat & proijcit, neque quicquam ijs credit. Id quod etiam Christus ipse satis perspicuè affirmat Ioh. 5. *Vos scrutamini* quidem *scripturas Moysis & in ijs speratis habere vitā æternam*: reuera tamen *illius literis non creditis*, quare? quia, *Erratis, nescientes scripturas*, siue perperam eas intelligitis, Matth. 22. quod & Paulus docet Act. 13. *Qui habitabant Ierusalem, ignorantes Iesum & voces Prophetarū, quæ per omne sabbatum leguntur* &c. Act. 15. *Moyses*, (ait Iacobus) *habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent* siue interpretentur, *in synagogis, vbi per omne Sabbatum legitur* 2. Cor. 3: *Vsq; in hodiernum diem cùm legitur Moyses & vetus testamentum, obtusi sunt sensus eorum, & velamen positum est super cor eorum.* Rom. 1. *Tu Iudæe requiescis in lege & gloriaris in Deo, quod eum noueris, confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in Lege.* Id est, putas te errare non posse, cùm verbum Dei

Quibus assidua scripturæ lectio nihil prosit.

Iudæi Scripturam contēnebant.

Quia falsò eā intelligebant.

Etsi eam studiosè legerūt.

Eamque optimè intelligere sibi videretur.

legeris

Exemplum Iudæorum Protestantes deberet cautiores reddere.

legeris & intelligas. Hæc etiam atq; etiam, mi Longine, considera. Ita homines studiosiùs scrutabantur scripturas & frequentius legebant, quàm tu cum omnibus Prædicantibus. Iidem plus linguã Hebræam intelligebant, quàm tu fortaßè Germanicam. Iidem nihilo minore, quàm tu, gloriæ diuinæ zelo & veritatis amore tenebantur, velut testis est Apostolus Rom. 10. *Testimonium illis perhibeo, quod æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam.* Sed etiam Apostoli cùm Hebræi essent, cùm Moysen & Prophetas in Synagogis sæpè legi audissent, cùm Christum Magistrum secum haberent, cùm ei se credere & in verbo eius spẽ habere gloriarentur (*Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus quia tu es filius Dei*, ait Petrus Ioh. 6.) nihilominus verba Christi etiam apertissima non intellexerunt, ac propterea etiam non crediderunt. Luc. 18. *Iesus ait duodecim: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim Gentibus & occidetur, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.* Ioh. 20. *Tunc introiuit Ioannes in sepulchrum, & vidit non adesse corpus Christi, & credidit eum resurrexisse. Nondum enim sciebant* siue intelligebant *scripturam, quia oporteret eum à mortuis resurgere*] Et quoniam Apostoli scripturam non intelligebant, propterea dicit spiritus sanctus, eos scripturis non credidisse. Luc. 24. *O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ.* Marc. 16. *Recumbentibus vndecim exprobrauit incredulitatem eorum & duritiem cordis.* Causam verò huius tanti virorum Hebraicè scientiũ & alioquin optimorum ac sanctissimorum stuporis si quærimus, duas principes inuenimus. Vnam, quia falsa scripturæ interpretatio, quam à pueris ex suis Scribis ac Doctoribus didicerunt: animos eorum præoccupatos tenebat. Verba enim Prophetarum, quæ de Meßiæ regno loquuntur, sic interpretati fuerant Scribæ, quòd Christus nulla præmissa passione aut cruce cum maxima obseruatione ac splendore regnum instituturus, omniaq; regna armis sibi subacturus esset. Et quoniam *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea* (Prou. 22.) id est, quas quis in adolescentia opiniones

Apostoli non credebãt scripturam, quia non intelligebant.

Quamuis verba essent maximè cõspicua.

Qui non rectè intelligit scripturam, is nõ credit.

Cur Apostoli tam clara verba non intellexerunt.

Primùm, quia falsum sensũ à pueris imbiberunt.

opiniones imbibit, eas vel in ſenectute pertinaciſſimè tuetur, non poterant illa, quæ Chriſtus de paſſione ſua prædicebat, percipere, atque adeò humilitate ac paupertate eius vehementer offendebantur. Ita cum Ioann. 12. dixiſſet Chriſtus: *Cùm exaltatus* ſiue crucifixus ac mortuus *fuero, omnia traham ad me ipſum*, id eſt, tum incipiam omnes gentes regno meo et ditioni ſubijcere: ibi turba Iudæorum ſtilo mendaci Scribarum decepta: *Nos* (inquiunt) *audiuimus ex lege*, ſiue ſcriptum eſt, *quia Chriſtus manet in æternum* & nunquam moritur, *quomodo ergò dicitis, oportere exaltari* ſeu crucifigi *filium hominis?* Similiter cum *Marci* 10. dixiſſet Apoſtolis, ſe crucifixum iri, illi tantum de regno ſomniantes, quis digniorem in eo locum obtineret, litigarunt. Sic Luc. 17. quærunt Iudæi ex Chriſto: *Quando venit regnum Dei*, quod nempe Deus per Meſſiam in hoc mundo inſtituet? quibus ille reſpondet: *Non venit regnum Dei cum obſeruatione, neq; dicent: Ecce hic, ecce illic, ſed regnum Dei intra vos eſt*, quaſi dicat: non eſt quòd putetis, Meſſiam ſimul ac venerit, magnificentia ſæculari omnium oculos in ſe conuerſurum eſſe, nam *inglorius erit inter viros adſpectus eius*, Iſai. 52. *Non eſt ſpecies ei, neq; decor: deſpectus eſt, nouiſſimus virorum, vndè nec reputaſtis eum*, Iſai. 53. *Ipſe iam ſtetit medius veſtrum, quem vos neſcitis*, Ioann. 1. primùm *oportet illum multa pati, & reprobari à vobis*, velut ibidem Luc. 17. ipſe loquitur. Eodem modo Luc. 24. duo illi diſcipuli hoc ſuum ſomnium de Chriſti regno, nulla præuia paſſione inſtituendo narrant: *Principes noſtri crucifixerunt eum: nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael* ab imperio & ditione alienigenarum, quibus Chriſtus: *O ſtulti & tardi corde ad credendum Prophetis, nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Sic Act. 1. quærunt diſcipuli ex ipſos: *Domine, ſi in tempore hoc reſtitueres regnum Iſrael?* Ex quibus omnibus vides, quantam vim habeat ad excæcandos animos inſtillata à pueris praua ſcripturæ interpretatio, quæ cauſa eſt, cur de Iudæis Paulus dicat Rom. 11. *Factam eſſe ipſis menſam* ſeu panem eorum, nempe Verbum Dei, *in laqueum*, id eſt, *obſcuratos eſſe oculos eorum, ne videant*, ſiue ne verba ſcripturæ, cùm ea legunt, intelligant.

Deinde, quia Amor erga Christum eos excecabat.

Alia causa, cur Apostoli tã perspicua Christi verba prorsùs nõ intelligerent, est Affectus, siue nimius erga Christũ amor: sicut in Scribis & Pharisæis erat inuidia siue nimium Christi odium ex reprehensione auaritiæ, ambitionis & hypocrisis eorum susceptum.

Amor & Odium intelligentiam hominũ impedit.

Vterq; porrò affectus oculos meos mentis præstinguere solet, vt etiã doctissimi & optimi in in iudicando & intelligendo hallucinentur, id quod ego multis ex scriptura testimonijs docere possem, nisi in re perspicua longior ac περίεργος esse nollem. Ioh. 21. habes exemplum Verbi DEI propter æmulationem perperam intellecti. Cum enim Christum Petrus de Ioannis morte consuluisset, ac non nisi hoc responsi tulisset. *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Statim *exiuit sermo iste inter fratres, quia Ioannes non moritur.* Et miramur adhuc homines longè vehementioribus affectibus impeditos in obscurioribus Scripturæ locis labi, neq; verum sensum eorum assequi?

Summaria repetitio iam dictorum,

Iam vt quæcunq; adhuc dixi, summatim complectar, necessarijs rebus apertissimè vici ac demonstraui: non esse, quòd quisquam sibi verum Scripturæ, seu verbi Dei, sensum & intellectum polliceatur, nisi Ecclesiæ & Episcoporum auctoritati obediat ac subiaceat. Sed operæ prætium fecero, si summam dictorum syllogismo comprehensam tibi exhibuero. Is autem est huiusmodi:

Maior.

Nemo perperam intelligens scripruras, credit scripturis sed, reuera reprobat, proijcit & blasphemat eloquium Dei, etiamsi Scripturas scrutetur, ad eas prouocet, in ijs speret, formamq; scientiæ ac veritatis ibidem habere se confidat, ex ijs tamquam ex mensa panem vitæ petat, etiamsi linguas optimè intelligat, sitq; vir pius & bonus, & Zelum Dei habeat.

Minor.

Omnes illi perperam intelligunt scripturas, quibus parentes mendaci scribarum stilo decepti falsas interpretationes in adolescentia instillarunt, qui se Sapientes & erroris periculo superiores putant, nec ad domum Dei, vt ibi vias Domini discant, adscendunt, nec Legem & scientiam viarum Domini ex ore Sacerdotis requirunt, à Videntibus nihil de semita antiqua au-

dire volunt, sed in itinere non trito ambulant & Lumini siue Pastoribus rebellant.

Ergò, nemo hominum eiusmodi credit scripturis, sed reuerà reprobat, proijcit & blasphemat eloquium Dei, etiamsi scripturas scrutetur, ad eas prouocet, in ijs speret, formam scientiæ ac veritatis in ijs habere se confidat, ex ijs tanquam ex mensa panem vitæ petat, etiamsi etiam linguas optimè intelligat & Zelum Dei habeat. Conclusio.

Sic manifestò iam apparet, quanta sit calumnia ex eo, quod dicimus, oportere Legem & Scientiam ex ore Sacerdotis requiri, *in quo ore Deus spiritum & verbum suum vsq; in sempiternum se depositurum promisit*, Isai. 59. cogere & efficere, nos ignominia scripturas afficere; neq; ex ijs veram fidem hauriri velle, tanquā ad hunc modum argumentaretur quispiam: Longinus Catholicos calumniatus fuit.

Papistæ nolunt scripturas pro fundamento Fidei agnoscere, nisi ab Ecclesia siue à Concilio Episcoporum in nomine Domini congregatorum interpretatas. Minor.

Ergò Papistæ contemnunt Scripturas & ignominiosè tractant: ac propterea ego satis excusatus sum, cur Papista fieri nolim. Conclusio

Rationem consecutionis oportet vt Maior propositio aperiat, quæ talis est: Qui scripturas non vult agnoscere pro fundamento Fidei, is contemnit & ignominiosè tractat scripturas. Maior.

At enim impudentissimè mentitur, qui Papistas dicit non velle scripturas pro Fundamento siue Obiecto Fidei agnoscere, velut supra ipsum Lutherum confitentem audisti, & res ipsa loquitur. Illud quidem verum est, Papistas non agnoscere pro fundamento Fidei scripturas priuato cuiusq; spiritu interpretatas, eaq; in re S. Petrum auctorem habent 2. Pet. 1 *Benè sanè facitis attendentes Scripturæ, sed hoc primùm omnium intelligere debetis, quod omnis prophetia* seu declaratio *scripturæ propria interpretatione nō fiat, sed eodem spiritu, quo scriptæ sunt sacræ literæ, nempe spiritu sancto, quo inspirante locuti sunt sancti Dei homines*; quasi dicat: priusquam attendatis lectioni, meminisse debetis, hoc non esse credere Catholici habēt scripturas pro Fundamento Fidei. Sed non priuato cuiusq; spiritu declaratas.

Scripturis, ſi quis tantùm Textum ſiue verba vera eſſe credat, ſed præterea opus eſſe, vt Textum ſanè intellectum credat, hoc eſt, ita quemadmodum illi interpretantur, qui ſpiritus ſancti gratiam ad interpretandum neceſſariam acceperunt, nam qui propriam interpretationem ſequitur, hoc eſt, ſuo ingenio, ſuaq; linguarũ peritia inuentã, & donũ ſcientiæ à ſpiritu Dei non accepit, is verũ ſcripturarum ſenſum in rebus ad ſalutem neceſſarijs nequaquam aſſequitur, nam *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illi & NON POTEST intelligere.* 1. Cor. 2. Sed ſi quis ſic argumentetur:

Sophiſtica, ſtolida & malitioſa Proteſtantium ratiocinatio.

Papiſtæ nolunt pro Fidei fundamento habere Biblia propria priuati alicuis hominis interpretatione declarata.

Ergò Papiſtæ prorsùs nolunt Biblia habere pro fidei fundamento: is velut improbus calumniator à nobis iure ſubmoueatur ob paralogiſmum ſiue *fallaciam à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter*: quo vos Lutherani perpetuò aduers' nos vti ſoletis v.g. *Papiſtæ prohibent nubere eos, qui Deo cælibatus voto ſe obſtrinxerunt. Ergò prohibent nubere.* Et: *Papiſtæ prohibent eſum carnis diebus Veneris & Saturni. Ergò prohibent ſimplicitèr eſum carnis.* Perindè ac ſi dicerem: Lutherani prohibent nuptias fratrum & ſororum. Ergò ſimplicitèr prohibent nuptias. Longinus putat coitum mariti & vxoris videntibus alijs eſſe turpem & inhoneſtum. Ergò ſimplicitèr debitum coniugale perſoluere turpe & inhoneſtum putat. Hæc & multa eiuſmodi iam ante biennium ex me, cùm apud me, tùm apud *D. Beliſarium* noſtrum audiſti, neque negare potes, me quæcunque dixi, ſcripturarum verbis abundanter demonſtraſſe, ita vt faſſus fueris, nihil te poſſe contradicere, neq; te vmquam quẽquã vidiſſe, qui ſcripturas ita tritas & in promptu haberet, cùm tamen ſim homo Laicus, neq; Theologiam didicerim. Sed etiam hoc fatearis neceſſe eſt, cuius mihi *D. Beliſarius* teſtis eſt, quoties tu verba alicuius ſanctorum Patrum proferre cæpiſti, me ſemper non Patrum, ſed S. Bibliorum verba à te poſtulaſſe, tibique Bibliorum rectiùs & diligentiùs legendorum ſemper auctorem fuiſſe. Cenſeo igitur Falſi teſtimonij & calumniæ pœnitentiam

Fallacia ſolẽnis Proteſtantium.

Lõginus hæc eadem diu ante audierat.

Itaq; meritò falſi teſtimonij pœnitentiam [illegible]ere.

agas

agas, & si minùs pedibus, saltem animo illuc mecùm prodeas, quà Christum cum sua cruce ad supplicij locum traductum iri conijcimus. Age cosiste mecum parumper, age accedenti iam ad nos Christo culpam tuam simpliciter confitere, eamque humeris eius impone, & roga, vt mox in cruce sua configere illam velit. Neque dubita, quin statim, quod petis, impetres: modò tu ne obdures cor tuum, sed huic eius verbo promptè obedias: *Veni ad me, qui laboras, &* ista nupera Falsi testimonij culpa adhuc *oneratus es: ego te reficiam. Tolle modò iugum meum super te, & disce à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Intelligis, opinor, Obedientiam, Mansuetudinem & Humilitatem à te requiri, & fugam contumaciæ, ferociæ ac superbiæ, nam *superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam* 1. Pet. 5. & quidem gratiam Sapientiæ, siue, veri sensus verbi diuini. *Quærit derisor*, seu superbus *sapientiam, & non inuenit*, Prou. 14, nam *oculos superborum humiliat Dominus* siue excœcat, Psal. 17. *Abominatio Domini est omnis arrogans, etiamsi manus ad manum fuerit, non erit innocens*, Prouerb. 16. id est, etiamsi nihil ipse mali faciat, neque aliorum euersioni manus admoueat, sed quiescat ac sibi tantùm erret, tamen vel sola arrogantia eum DEO exosum reddet ac condemnabit. Quia *quasi peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus Idololatriæ, nolle acquiescere.* 1. Reg. 15. Sed quoniam superbia est morbus penitùs in visceribus intimis animi abditus, qui difficillimè deprehenditur, ita vt nemo superbus eo se morbo laborare putet, operæ pretium fuerit τὸ ἦθος & ingenium superbi tribus verbis declarari. Superbus igitur aut putat se habere bona quædam siue animi, siue corporis, siue extrema, quæ non habet; aut si habet, non putat, vel parùm cogitat, se à Deo, non ex se ipso illa habere: aut si omninò satis meminit, ea sese à Deo habere, tamen ea maiora putat ijs bonis, quæ alij habent. Sic Grammaticos ferè superbissimos esse scribit *Sextus Empiricus aduersus Mattheum. cap. 9.* quòd sibi purè & emendatè loquendi scientiam habere videantur præ ceteris ferè mortalibus. Cùm enim omnes homines quotidie vocabulis ac phrasib' in loquendo vtantur, pauci verò diligenter & emendatè

Et à Christo ad supplicij locũ eunte veniam peteret.

Christus quid ei responsurus esset.

Nulli superbo Christus dat gratiã, vt scripturã rectè intelligat.

Nemo superbus se superbia laborare putat.

Quis sit superbus.

Grammatici solent esse superbi.

 loquantur,

loquantur, fit vt Gramatici sibi placeant, cũ se verborũ scientia tã multis superiores esse sentiunt. Et quoniã sermo quantũ bonum sit, sciunt, & in eo tam multos antecellunt, Philosophiam verò & Theologiam cæterasq; disciplinas non intelligunt, neq; vel vtilitatem vel præstantiam earum sciunt, non dubitant suam vocabulorum scientiam ijs præferre, atque adeò Pphilosophos & Theologos præ se contemnere, nam si Theologus aliquid in Græco vel Latino sermone peccet, id statim animaduertit Gramaticus, rerum verò grauissimarũ, quarum scientiam idem habet Theologus, nihil admodum Grammaticus intelligit. Cùm ergò in quo ipse sit superior Theologo videat, in quo verò ab eodem superetur, non videat, imaginem excellentiæ animo concipit, seq; haud dubiè Theologo præferendum putat. Cuius rei exemplo sunt Corinthij illi, qui quod Græci sermonis peritiores essent, Apostolorum Paulum minùs purè loquentem contemnebant, velut hinc colligi potest 1. Cor. 1. *Misit me Christus euangelizare non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi* 1. Cor. 2. *Veni ad vos non in sublimitate sermonis: prædicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. Loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus ea, quæ animalis homo non potest intelligere.* 1. Cor. 4. *Veniam ad vos, & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem, non enim in sermone* siue elegantia verborum *est regnum Dei, sed in virtute.* 2. Cor 10. & 11. *Epistolæ quidem, inquiunt quidam inter vos, graues sunt & fortes, sermo autem contemptibilis. Existimo autem nihil me minus fecisse à magnis Apostolis, nam etsi imperitus sum sermone, sed non scientia.* Hæc pauca satis ostendunt, quantum inflare soleat Gramiticos peritia, cùm quidam propterea ipsi Apostolo Paulo tantum non προσπέρδειν, siue oppedere ausi fuerint. Atqui nulla res est, quæ homines, ne virtuem, siu verum sensum scripturarum assequantur, magis impediat, quàm eiusmodi scientiæ persuasio, maximè ex vocabulorum notitia animis innata, nam quem quis velut indoctiorem contemnit, ei parere & ab eo discere indignum putat. Egone (inquit Gramaticus) à Sacerdotibus siue Episcopis, quomodo sacra Scriptura intelligi debeat, discam? cùm ego siue Hebraica, siue

Sciũt enim in qua re alios superent.

Sed non vidét in quibus superentur.

Superbia Corinthiorum ob copiam & ornatum verborum.

Contẽnebant præ se Apostolum Paulum, velut inelegaanter loquẽtem.

Grammatici Episcopos velut indoctiores contemnunt.

Græca multò, quàm illi, melius intelligam, atque adeò ipsos docere possim. Non cogitat autem misellus, *animalis homines*, siue, gratia spiritus sancti non donatos, etiamsi sint *Principes huius sæculi* siue doctissimi totius orbis, *non posse intelligere ea quæ sunt spiritus Dei*, siue profunda Dei, aut mysterium fidei. Spiritum verò illum non dat Deus illis, qui tria verba Græca aut Hebræa didicerunt, sed quibus manus Presbyterij imponuntur, siue *Episcopis, quos posuit spiritus sanctus regere Ecclesiam*, Act. 20 *& pascere oues scientia ac doctrina*, Ierem. 5. quibus etiam hoc jus hæreditarium dedit, vt in iudicio siue consilio ipsi sint iudices suorum aduersariorum, Isai. 54. 17. nam spiritus eis datus, est *spiritus iudicij*, Isai. 28. 6. ac propterea iubet Paulus Cretæ Episcopum *loqui & arguere aliter docentes cum omni imperio*, Tit. 2. 15. Nam *qui aliter docet*, quàm Episcopi, *superbus est, nihil sciens*, nisi fortè tria verba Græca, de quibus *litigare cupit*, 1. Tim. 6. 4. Hunc porrò spiritum scientiæ, interpretationis & iudicij non tantùm Christo, & Apostolis, sed etiam semini seu successoribus Apostolorum vsq; ad consummationem sæculi daturum se Deus promisit, Isai. 59. 21. & Ioh. 14 16.

Quia putaut Scripturā non intelligi nisi à Grāmaticis.

Cùm reuera ad id requiratur spiritus gratia.

Quam accipiunt Episcopi.

Hoc loco velim te, Longinè, certò tecum constituere, vtrū in eo, quod DEVS de potestate Episcoporum semel constituit, quodq; se in æternum non mutaturum iurauit acquiescere, an omni vi extorquere hoc ei velis, vt propterea quia tu Græcam linguam probè didicisti, ipse noui aliquid instituat, teq; Exlegem & immunem faciat, & ab omni Ecclesiæ & Episcoporum jurisdictione eximat. Fac iam periculum, & in hunc sensum Christo preces ad moue: Tu quidem, Domine, iurasti, in cælo non solutum ire à peccatis, nisi quem Ministri, quibus spiritum tuum in æternum cum eis mansurum dedisti, in terris soluissent. Sed rogo te, vt me legibus soluas, neq; mihi huius iugi subeundi ac ferendi oneris necessitatem imponas, vt ad Sacerdotem accedere, coram eo in genua procumbere, ei quicquid vnquam non modò opere & verbo, sed etiam cogitatione peccaui, summa cum religione & fidelitate sigillatim narrare, pœnam deniq; ab ipso mihi iniunctam luere, & vel ieiunio animam affligere vel

Grammatici vellent Deum sua causa mutare pactum cū Episcopis

Longini ad Christum preces.

Cuperet liber esse à iugo Episcoporum.

Hoc est, neq; peccatorum remissionem ab ipsis petere

cilicio indui, vel me ipſum exemplo Pauli ὑπωπιάζειν ac flagris concidere, vel plus quàm mihi libeat orationi inſtare, vel eleemoſynam egentibus impertiri cogar. Quæſo, Domine, ſatis tibi ſit, quod tu ieiunaſti, quod tam ardenter ſæpè oraſti, quod flagellatus fuiſti: meq; omni hoc onere velut nimis graui liberes. Suſcipe tu confeſſionem meam, ſolue tu vincula peccatorum meorum, non iraſcentur tibi Sacerdotes tui, etiamſi tu me ſoluas in cælo, quem illi in terris non ſoluerunt. Similiter poſuiſti tu quidem verbum & ſpiritum tuum in ore Apoſtolorum & Epiſcoporum, & vtrumq; iuraſti in æternum ab eis non receſſurum, ac propterea iuſſiſti omnes ex eorum ore ſcientiam ac legem, ſiue verum Scripturæ ſenſum in rebus ad ſalutem neceſſarijs, requirere, eiſq; non alitèr, quàm tibi ipſi, obedire ac ſubiacere, in eorum lumine ambulare, eos viæ duces ſequi, ab ijs paſci, eorum vocẽ audire: ſed enim hoc valde mihi graue accidit, vt cùm ipſe Græcè doctiſſimus ſim, & Biblia meo Marte legere & intelligere queã, ab Epiſcopis diſcere, nec alitèr, quàm ipſi præſcribant, loca Bibliorum, de quibus controuerſia incidit, intelligere neceſſe habeam. Iterum ergò te, Ieſu benigniſſime, rogo, hoc me onere, leuare, & ab hoc iugo prorsùs grauiſſimo liberum dimittere velis] Ita quidem tu, mi Longine, ſic orare & petitionis tuæ ſucceſſum periclitari potes. Ego quidem quid ille reſpondeat, propemodum exaudire videor. *Non eſt Deus, quaſi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus eſt, & non implebit?* Numeri 23. *Diſpoſui teſtamentum electis meis*, ſiue fœdere facto me deuinxi Sacerdotibus, *iuraui Dauid*, ſiue Petro, *ſeruo meo: Vſq; in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generatione & generationem* SEDEM *tuam. Oleo ſancto meo vnxi eum*, ſiue dedi ei gratiã ſpiritus mei: *ſemel iuraui in ſancto meo, ſi ei mentiar: ſemen eius in æternum manebit, non profanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita*, Pſal. 88. Itaq; *Præbe mihi, fili, cor tuum*, Prou. 23. & *diſce à me, quia humilis ſum corde: tolle iugum meum ſuper te. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*; Matth. 11.

Neq; Scripturarum ſenſum ab illis diſcere

Christus quid Longino reſpondeat.

Negat ſe mutatum iri, quod Pontifici & Epiſcopis promiſit.

Et Longinum jubet fieri Humilem.

Quoniam ergò non habes, cur Chriſtum quod Epiſcopis jurauit,

iurauit, tua causa mutaturum speres, age nunc audi, qualem te fieri oporteat, vt scripturas deinceps cum fructu & salute legere, siue rectè intelligere possis. Id quidem vno verbo *humilitatis* doceri potes. *Nam vbi humilitas, ibi sapientia* & intellectus scripturæ, Prouerbio: 11. Sed valdè te ipsum fallis, si humilis tibi videris & à superbiæ vitio liber, nisi fias 1. puer paruulus, 2. Cæcus, 3. Stultus, ignorans. 4. imò verus Asinus, velut iam ex scripturis disces.

Humilitas quid requirat

I. Scripturas intellecturus debet fieri puer paruulus.

Isa: 28. Quē docebit Deus scientiā? & quem intelligere faciet auditū? (*siue, verbū auditus Dei*, 1. Thes. 3.) Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. *Luc.* 18. Quicunq; non acceperit regnum Dei, sicut puer, non intrabit in illud, *siue non credet verbum* Dei, nā accedentem ad Deum oportet credere, Hebr. 11. *Itaq; Iesus sapienti illi scribæ, Marci* 12. *dicit:* Non es longè à regno Dei. *id est, parū abest quin rectè ex toto credas.* Psal. 18. Testimonium *seu verbum* Domini fidele, sapientiam *seu verum intellectum* præbens paruulis. *quomodo? an tantum legendo? nequaquam, sed sequendo sapientē velut pædagogum* Prou. 21. Paruulus si sectetur sapientem, sumet scientiam. *Quis autem est iste sapiens? Hoc Christi verba satis docent Matth.* 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes & scribas *hoc est* Pastores & Doctores, *velut Paulus declarat Ephes.* 4. nam his Christus Luc. 21. promisit *se daturum os & sapientiam*, siue spiritum sapientię in ore eorum. *Itaq; si tu, Longine, velis intelligere auditum & sumere scientiam, oportet vt fias paruulus, qui te ipsum nihil scire persuasum habeas, sed sapientem secteris, Doctorem nempè ab Ecclesia Catholica comprobatum, aliter non poteris intrare in regnū Dei, seu rectè credere.*

Et sectari sapientem.

II. Scripturas intellecturus debet fieri cæcus.

Ioh. 9. Ego lux in mūdum veni in iudiciū, vt cæci videant, & qui vident, cæci fiant. *hoc est*, vt qui putant, se bonitate ingenij, linguarum peritia, assidua lectione assecutos esse lumen siue declarationem aut verum sensum scripturæ (nam *declaratio sermonum tuorum illuminat*, non ipse textus etiamsi millies lectus, Psal. 118.) vt inquam, qui sic vident, cæci fiant, & prorsus nihil in scripturis intelligāt. quod *Isai.* 29. Prophetis & Principibus non Iudeorum, sed Gentium, montem Sion, siue Ecclesiam, ppug-

Nam qui Vident, à Deo excæcantur.

nantium itidem comminatur: *Miscebit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros: Prophetas & Principes vestros, qui vident visiones, operiet*, id est, excæcabit eos qui putant se videre siue intelligere Propheticas scripturas, neq; ad id Sacerdotibus opus habere. *Ecce ego addam, dicit Dominus, vt admirationem faciã populo huic miraculo grandi & stupendo: Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentiũ eius abscondetur, Et sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt cõtra montem Sion*, legent nempe & scrutabuntur scripturas, seq; videre siue intelligere & verbo vitæ inde pasci putabunt, sed reuerà *ventus pascet ipsos & pastores eorum* (Ierem. 22.) quia montem Sion siue Ecclesiam oppugnant, neque indè legem Domini seu verum eius intellectum petere volunt. Sicut autem Deus Pater misit Christum, ita Christus misit Apostolos, illi Episcopos. Ergò & illi *lux mundi sunt in iudicium, vt eos, qui cæci sunt, illuminent* (Ephes. 3. 9.) siue *vt sint oculus cæco* (*Iob.* 29.) *dux cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditores insipientium, magistri infantium* (Rom. 1.) eos autem, qui vident, siue qui scripturas sine ipsis intelligere se putant, excæcent. Si ergò velis videre & scripturas rectè intelligere, oportet vt fias cæcus, manum humero pastoris imponas, eumq; non aliter, quam Deum ipsum, vinæ ducem in tenebris sequaris: non ipse tibi dux esse, ac tuo modo & arbitratu in tenebris, siue in difficilibus & obscuris Scripturæ locis, incedere, aut ipse ignem tibi accendere, siue interpretationem propriam comminisci, flãmisq; tuis non in camino Domini, qui est in Ecclesia, sed quouis alio loco accensis te succingere, siue interpretationes ab alijs extra Ecclesiam inuentas sequi velis. Isai. 42. *Ducam cæcos* (ego per Ministros meos, quibus dixi Luc. 14. *Pauperes & cæcos & claudos introduc.* Hos ergò cæcos ducam) *in viam, quam nesciunt: & in semitis, quas ignorant, ambulare eos faciam: ponam tenebras, coram eis in lucem*, id est, faciam vt etiam illos fidei articulos, (quos ipsi nondum intelligunt, neq; an ea vera sit via, siue, an illi articuli rectè ex scripturis probati sint,

Hæreticorũ admirabilis stupor in sacris literis.

Quia Ecclesiã oppugnant.

Episcopi sunt Lux mundi, & duces cæcorũ.

Eos sequi debet, qui rectè cupit videre siue illuminari.

Deus cæcos tantum duci sinit.

certè

certò sciunt, propter auctoritatem tamen Ecclesiæ & Pastorum, quos eis viæ duces dedi, sine vllo scrupulo aut dubitatione sequãtur. (sic Isai. 29. *Tenebras & caliginem oculi cæcorum videbunt.*) Credent enim firmissimè, me seruare, quod iuraui, daturum me scilicet *Pastores iuxta cor meum*, Ier. 3. & *oculos Videntium* siue Sacerdotum in nomine meo congregatorum *non caligaturos*, in primis eius Sacerdotis, qui velut *Princeps super Duces stabit*, Isai. 32. 3. & 8. *spiritumq́;* meum veritatis *in æternum ab ore eorum non recessurũ* Isai. 59. & in Ecclesia semper fore ignem & caminum meũ non tantum vt deuoret omnes populos in circuitu, siue hæreticos vndiq; Ecclesiæ imminentes consumat, sed etiam vt ex eo lumen accendatur, cuius præsidio quis sine offensione per montes caliginosos pergere, id est, obscura scripturæ verba sine errore intelligere queat. Isai. 3. *Domini ignis est in Sion; & caminus eius in Ierusalem.* Isai. 4. *Deus creabit super omnem locum montis Sion splendorem ignis flammantis in nocte.* Zach. 12. *In die illa ponam Duces Iuda* siue Episcopos, *sicut caminum ignis, & deuorabunt ad dextram & ad sinistram omnes populos in circuitu, & habitabitur Ierusalem rursus loco suo in Ierusalem.* Cum igitur Episcopi sint caminus, ab ipsis lumen accendi, siue Lex ex eorum ore requiri, & scientia ab eorum labijs peti debet. Ierem. 13. *Nolite eleuari, sed humiliamini, & date Domino gloriam; antequam contenebrescat, & antequam offendãt pedes vestri ad montes caliginosos*, Gloria Dei est cælare verbum, *Prou.* 25. Qui ergo putat Deum non cælasse verbum, sed ita clarum ac perspicuum fecisse, vt cuicunq; legenti, modò linguarum non sit imperitissimus, intellectu sit facillimum, is Deo non dat gloriam, sed eleuatur ac superbit, ac Propterea Deus oculos eius humiliat vt nullam lucem videant; id quod Ieremias ibidem sic testatur: *Quod si hoc non audieritis*, *exspectabitis* quidem *lucem*, putabitis quidem vos verum scripturarum sensum legendo consecuturos, sed Deus *ponet eam in vmbram mortis & in caligine.* Isai. 50. *Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? qui ambulat in tenebris, & non est lumen ei?* id est, si quis vestrum est, qui ipse non est Pastor, sed ouis, cui conuenit audire vocem Pastoris à Deo constituti, quiq; ipse lumen, siue donum intelligendi scripturas non habet,

Catholici Episcoporum doctrinam recipiunt, etsi nesciunt quo modo ex scripturis probetur.

Ignis Dei est in Ecclesia, ex quo lumen accẽdẽdum est.

Superbi sunt, qui putant scripturam esse intellectũ facilem.

Catholici qui non sunt Episcopi quid faciant in tenebris.

Deinde, quia Amor erga Christum eos excaecabat.

Alia causa, cur Apostoli tā perspicua Christi verba prorsùs nō intelligerent, est Affectus, siue nimius erga Christū amor: sicut in Scribis & Pharisæis erat inuidia siue nimium Christi odium ex reprehensione auaritiæ, ambitionis & hypocrisis eorum susceptum.

Amor & Odium intelligentiam hominū impedit.

Vterq; porrò affectus oculos meos mentis præstinguere solet, vt etiā doctissimi & optimi in iudicando & intelligendo hallucinentur, id quod ego multis ex scriptura testimonijs docere possem, nisi in re perspicua longior ac περίεργος esse nollem. Ioh. 21. habes exemplum Verbi DEI propter æmulationem perperam intellecti. Cum enim Christum Petrus de Ioannis morte consuluisset, ac non nisi hoc responsi tulisset. *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Statim *exiuit sermo iste inter fratres, quia Ioannes non moritur.* Et miramur adhuc homines longè vehementioribus affectibus impeditos in obscurioribus Scripturæ locis labi, neq; verum sensum eorum assequi?

Summaria repetitio iam dictorum,

Iam vt quæcunq; adhuc dixi, summatim complectar, necessarijs rebus apertissimè vici ac demonstraui: non esse, quòd quisquam sibi verum Scripturæ, seu verbi Dei, sensum & intellectum polliceatur, nisi Ecclesiæ & Episcoporum auctoritati obediat ac subiaceat. Sed operæ prætium fecero, si summam dictorum syllogismo comprehensam tibi exhibuero. Is autem est huiusmodi:

Maior.

Nemo perperam intelligens scripruras, credit scripturis sed, re-uera reprobat, proijcit & blasphemat eloquium Dei, etiamsi Scripturas scrutetur, ad eas prouocet, in ijs speret, formamq; scientiæ ac veritatis ibidem habere se confidat, ex ijs tamquam ex mensa panem vitæ petat, etiamsi linguas optimè intelligat, sitq; vir pius & bonus, & Zelum Dei habeat.

Minor.

Omnes illi perperam intelligunt scripturas, quibus parentes mendaci scribarum stilo decepti falsas interpretationes in adolescentia instillarunt, qui se Sapientes & erroris periculo superiores putant, nec ad domum Dei, vt ibi vias Domini discant, adscendunt, nec Legem & scientiam viarum Domini ex ore Sacerdotis requirunt, à Videntibus nihil de semita antiqua audire

dire volunt, sed in itinere non trito ambulant & Lumini siue Pastoribus rebellant.

Ergò, nemo hominum eiusmodi credit scripturis, sed reuerà reprobat, proijcit & blasphemat eloquium Dei, etiamsi scripturas scrutetur, ad eas prouocet, in ijs speret, formam scientiæ ac veritatis in ijs habere se confidat, ex ijs tanquam ex mensa panem vitæ petat, etiamsi etiam linguas optimè intelligat & Zelum Dei habeat. Conclusio.

Sic manifestò iam apparet, quanta sit calumnia ex eo, quod dicimus, oportere Legem & Scientiam ex ore Sacerdotis requiri, *in quo ore Deus spiritum & verbum suum vsq; in sempiternum se depositurum promisit*, Isai. 59. cogere & efficere, nos ignominia scripturas afficere; neq; ex ijs veram fidem hauriri velle, tanquā ad hunc modum argumentaretur quispiam: Longinus Catholicos calumniatus fuit.

Papistæ nolunt scripturas pro fundamento Fidei agnoscere, nisi ab Ecclesia siue à Concilio Episcoporum in nomine Domini congregatorum interpretatas. Minor.

Ergò Papistæ contemnunt Scripturas & ignominiosè tractant: ac propterea ego satis excusatus sum, cur Papista fieri nolim. Conclusio

Rationem consecutionis oportet vt Maior propositio aperiat, quæ talis est: Qui scripturas non vult agnoscere pro fundamento Fidei, is contemnit & ignominiosè tractat scripturas. Maior.

At enim impudentissimè mentitur, qui Papistas dicit non velle scripturas pro Fundamento siue Obiecto Fidei agnoscere, velut supra ipsum Lutherum confitentem audisti, & res ipsa loquitur. Illud quidem verum est, Papistas non agnoscere pro fundamento Fidei scripturas priuato cuiusq; spiritu interpretatas: eaq; in re S. Petrum auctorem habent 2. Pet. 1 *Benè sanè facitis attendentes Scripturæ, sed hoc primùm omnium intelligere debetis, quod omnis prophetia* seu declaratio *scripturæ propria interpretatione nō fiat, sed eodem spiritu, quo scriptæ sunt sacræ literæ, nempe spiritu sancto, quo inspirante locuti sunt sancti Dei homines*; quasi dicat: priusquam attendatis lectioni, meminisse debetis, hoc non esse credere Catholici habēt scripturas pro Fundamento Fidei. Sed non priuato cuiusq; spiritu declaratas.

Scripturis, si quis tantùm Textum siue verba vera esse credat, sed præterea opus esse, vt Textum sanè intellectum credat, hoc est, ita quemadmodum illi interpretantur, qui spiritus sancti gratiam ad interpretandum necessariam acceperunt, nam qui propriam interpretationem sequitur, hoc est, suo ingenio, suaq; linguarũ peritia inuentã, & donũ scientiæ à spiritu Dei non accepit, is verũ scripturarum sensum in rebus ad salutem necessarijs nequaquam assequitur, nam *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi & NON POTEST intelligere.* 1. Cor. 2. Sed si quis sic argumentetur:

Sophistica, stolida & malitiosa Protestantium ratiocinatio.

Papistæ nolunt pro Fidei fundamento habere Biblia propria priuati alicuis hominis interpretatione declarata.

Ergò Papistæ prorsùs nolunt Biblia habere pro fidei fundamento: is velut improbus calumniator à nobis iure submoueatur ob paralogismum siue *fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter:* quo vos Lutherani perpetuò aduers' nos vti soletis v.g. *Papistæ prohibent nubere eos, qui Deo cælibatus voto se obstrinxerunt. Ergò prohibent nubere.* Et: *Papistæ prohibent esum carnis diebus Veneris & Saturni. Ergò prohibent simplicitèr esum carnis.* Perindè ac si dicerem: Lutherani prohibent nuptias fratrum & sororum. Ergò simplicitèr prohibent nuptias. Longinus putat coitum mariti & vxoris videntibus alijs esse turpem & inhonestum. Ergò simplicitèr debitum coniugale persoluere turpe & inhonestum putat. Hæc & multa eiusmodi iam ante biennium ex me, cùm apud me, tùm apud *D. Belisarium* nostrum audisti, neque negare potes, me quæcunque dixi, scripturarum verbis abundanter demonstrasse, ita vt fassus fueris, nihil te posse contradicere, neq; te vmquam quẽquã vidisse, qui scripturas ita tritas & in promptu haberet, cùm tamen sim homo Laicus, neq; Theologiam didicerim. Sed etiam hoc fatearis necesse est, cuius mihi *D. Belisarius* testis est, quoties tu verba alicuius sanctorum Patrum proferre cæpisti, me semper non Patrum, sed S. Bibliorum verba à te postulasse, tibique Bibliorum rectiùs & diligentiùs legendorum semper auctorem fuisse. Censeo igitur Falsi testimonij & calumniæ pœnitentiam

Fallacia solẽnis Protestantium.

Lõginus hæc eadem diu ante audierat.

Itaq; meritò falsi testimonij pœnitentiam ageret.

agas

agas, & si minùs pedibus, saltem animo illuc mecùm prodeas, quà Christum cum sua cruce ad supplicij locum traductum iri conijcimus. Age cosiste mecum parumper, age accedenti iam ad nos Christo culpam tuam simpliciter confitere, eamque humeris eius impone, & roga, vt mox in cruce sua configere illam velit. Neque dubita, quin statim, quod petis, impetres: modò tu ne obdures cor tuum, sed huic eius verbo promptè obedias: *Veni ad me, qui laboras, &* ista nupera Falsi testimonij culpa adhuc *oneratus es: ego te reficiam. Tolle modò iugum meum super te, & disce à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Intelligis, opinor, Obedientiam, Mansuetudinem & Humilitatem à te requiri, & fugam contumaciæ, ferociæ ac superbiæ, nam *superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam* 1. Pet. 5. & quidem gratiam Sapientiæ, siue, veri sensus verbi diuini. *Quærit derisor*, seu superbus *sapientiam, & non inuenit*, Prou. 14, nam *oculos superborum humiliat Dominus* siue excœcat, Psal. 17. *Abominatio Domini est omnis arrogans, etiamsi manus ad manum fuerit, non erit innocens*, Prouerb. 16. id est, etiamsi nihil ipse mali faciat, neque aliorum euersioni manus admoueat, sed quiescat ac sibi tantùm erret, tamen vel sola arrogantia eum DEO exosum reddet ac condemnabit. Quia *quasi peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus Idololatriæ, nolle acquiescere.* 1. Reg. 15. Sed quoniam superbia est morbus penitùs in visceribus intimis animi abditus, qui difficillimè deprehenditur, ita vt nemo superbus eo se morbo laborare putet, operæ pretium fuerit τὸ ἦθος & ingenium superbi tribus verbis declarari. Superbus igitur aut putat se habere bona quædam siue animi, siue corporis, siue externa, quæ non habet: aut si habet, non putat, vel parùm cogitat, se à Deo, non ex se ipso illa habere: aut si omninò satis meminit, ea sese à Deo habere, tamen ea maiora putat ijs bonis, quæ alij habent. Sic Grammaticos ferè superbissimos esse scribit *Sextus Empiricus aduersus Mattheum. cap. 9.* quòd sibi purè & emendatè loquendi scientiam habere videantur præ ceteris ferè mortalibus. Cùm enim omnes homines quotidie vocabulis ac phrasib' in loquendo vtantur, pauci verò diligenter & emendatè

Et à Christo ad supplicij locũ eunte veniam peteret.

Christus quid ei responsurus esset.

Nulli superbo Christus dat gratiã, vt scripturã rectè intelligat.

Nemo superbus se superbia laborare putat.

Quis sit superbus.

Grammatici solent esse superbi.

Sciũt enim in qua re alios superent.

loquantur, fit vt Gramatici sibi placeant, cũ se verborũ scientia tã multis superiores esse sentiunt. Et quoniã sermo quantũ bonum sit, sciunt, & in eo tam multos antecellunt, Philosophiam verò & Theologiam cæterasq; disciplinas non intelligunt, neq; vel vtilitatem vel præstantiam earum sciunt, non dubitant suam vocabulorum scientiam ijs præferre, atque adeò Pphilosophos & Theologos præ se contemnere, nam si Theologus aliquid in Græco vel Latino sermone peccet, id statim animaduertit Gramaticus, rerum verò grauissimarũ, quarum scientiam idem habet Theologus, nihil admodum Grammaticus intelligit. Cùm ergò in quo ipse sit superior Theologo videat, in quo verò ab eodem superetur, non videat, imaginem excellentiæ animo concipit, seq; haud dubiè Theologo præferendum putat. Cuius rei exemplo sunt Corinthij illi, qui quod Græci sermonis peritiores essent, Apostolorum Paulum minùs purè loquentem contemnebant, velut hinc colligi potest 1. Cor. 1. *Misit me Christus euangelizare non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi* 1. Cor. 2. *Veni ad vos non in sublimitate sermonis: prædicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. Loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus ea, quæ animalis homo non potest intelligere.* 1. Cor. 4. *Veniam ad vos, & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem; non enim in sermone* siue elegantia verborum *est regnum Dei, sed in virtute.* 2. Cor 10. & 11. *Epistolæ quidem, inquiunt quidam inter vos, graues sunt & fortes, sermo autem contemptibilis. Existimo autem nihil me minus fecisse à magnis Apostolis, nam etsi imperitus sum sermone, sed non scientia.* Hæc pauca satis ostendunt, quantum inflare soleat Gramiticos peritia, cùm quidam propterea ipsi Apostolo Paulo tantum non πορδεῖν, siue oppedere ausi fuerint. Atqui nulla res est, quæ homines, ne virtuem, siu verum sensum scripturarum assequantur, magis impediat, quàm eiusmodi scientiæ persuasio, maximè ex vocabulorum notitia animis innata, nam quem quis velut indoctiorem contemnit, ei parere & ab eo discere indignum putat. Egone (inquit Gramaticus) à Sacerdotibus siue Episcopis, quomodo sacra Scriptura intelligi debeat, discam? cùm ego siue Hebraica, siue

Sed non videt in quibus superentur.

Superbia Corinthiorum ob copiam & ornatum verborum.

Contẽnebant præ se Apostolum Paulum, velut ineleganter loquẽtem.

Grammatici Episcopos velut indoctiores contemnunt.

Græca

Græca multò, quàm illi, melius intelligam, atque adeò ipsos docere possim. Non cogitat autem misellus, *animalis homines*, siue, gratia spiritus sancti non donatos, etiamsi sint *Principes huius sæculi* siue doctissimi totius orbis, *non posse intelligere ea quæ sunt spiritus Dei*, siue profunda Dei, aut mysterium fidei. Spiritum verò illum non dat Deus illis, qui tria verba Græca aut Hebræa didicerunt, sed quibus manus Presbyterij imponuntur, siue *Episcopis, quos posuit spiritus sanctus regere Ecclesiam*, Act. 20 *& pascere oues scientia ac doctrina*, Ierem. 5. quibus etiam hoc jus hæreditarium dedit, vt in iudicio siue consilio ipsi sint iudices suorum aduersariorum, Isai. 54. 17. nam spiritus eis datus, est *spiritus iudicij*, Isai. 28. 6. ac propterea iubet Paulus Cretæ Episcopum *loqui & arguere aliter docentes cum omni imperio*, Tit. 2. 15. Nam *qui aliter docet*, quàm Episcopi, *superbus est, nihil sciens*, nisi fortè tria verba Græca, de quibus *litigare cupit*, 1. Tim. 6. 4. Hunc porrò spiritum scientiæ, interpretationis & iudicij non tantùm Christo, & Apostolis, sed etiam semini seu successoribus Apostolorum vsq; ad consummationem sæculi daturum se Deus promisit, Isai. 59. 21. & Ioh. 14 16.

Quia putaut Scripturã non intelligi nisi à Grãmaticis.

Cùm reuera ad id requiratur spiritus gratia.

Quam accipiunt Episcopi.

Hoc loco velim te, Longinè, certò tecum constituere, vtrũ in eo, quod DEVS de potestate Episcoporum semel constituit, quodq; se in æternum non mutaturum iurauit acquiescere, an omni vi extorquere hoc ei velis, vt propterea quia tu Græcam linguam probè didicisti, ipse noui aliquid instituat, teq; Exlegem & immunem faciat, & ab omni Ecclesiæ & Episcoporum jurisdictione eximat. Fac iam pericelum, & in hunc sensum Christo preces ad noue: Tu quidem, Domine, iurasti, in cælo non solutum ire à peccatis, nisi quem Ministri, quibus spiritum tuum in æternum cum eis mansurum dedisti, in terris soluissent. Sed rogo te, vt me legibus soluas, neq; mihi huius iugi subeundi ac ferendi oneris necessitatem imponas, vt ad Sacerdotem accedere, coram eo in genua procumbere, ei quicquid vnquam non modò opere & verbo, sed etiam cogitatione peccaui, summa cum religione & fidelitate sigillatim narrare, pœnam deniq; ab ipso mihi iniunctam luere, & vel ieiunio animam affligere vel cilicio

Grammatici vellent Deum sua causa mutare pactum cũ Episcopis

Longini ad Christum preces.

Cuperet liber esse à iugo Episcoporum.

Hoc est, neq; peccatorum remissionem ab ipsis petere

cilicio indui, vel me ipſum exemplo Pauli ὑπωπιάζειν ac flagris concidere, vel plus quàm mihi libeat orationi inſtare, vel eleemoſynam egentibus impertiri cogar. Quæſo, Domine, ſatis tibi ſit, quod tu ieiunaſti, quod tam ardenter ſæpè oraſti, quod flagellatus fuiſti: meq; omni hoc onere velut nimis graui liberes. Suſcipe tu confeſſionem meam, ſolue tu vincula peccatorum meorum, non iraſcentur tibi Sacerdotes tui, etiamſi tu me ſoluas in cælo, quem illi in terris non ſoluerunt. Similiter poſuiſti tu quidem verbum & ſpiritum tuum in ore Apoſtolorum & Epiſcoporum, & vtrumq; iuraſti in æternum ab eis non receſſurum, ac propterea iuſſiſti omnes ex eorum ore ſcientiam ac legem, ſiue verum Scripturæ ſenſum in rebus ad ſalutem neceſſarijs, requirere, eisq; non alitèr, quàm tibi ipſi, obedire ac ſubiacere, in eorum lumine ambulare, eos viæ duces ſequi, ab ijs paſci, eorum vocẽ audire: ſed enim hoc valde mihi graue accidit, vt cùm ipſe Græcè doctiſſimus ſim, & Biblia meo Marte legere & intelligere queã, ab Epiſcopis diſcere, nec alitèr, quàm ipſi præſcribant, loca Bibliorum, de quibus controuerſia incidit, intelligere neceſſe habeam. Iterum ergò te, Ieſu benigniſſime, rogo, hoc me onere, leuare, & ab hoc iugo prorsùs grauiſſimo liberum dimittere velis]. Ita quidem tu, mi Longine, ſic orare & petitionis tuæ ſucceſſum periclitari potes. Ego quidem quid ille reſpondeat, propemodum exaudire videor. *Non eſt Deus, quaſi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus eſt, & non implebit?* Numeri 23. *Diſpoſui teſtamentum electis meis*, ſiue fœdere facto me deuinxi Sacerdotibus, *iuraui Dauid*, ſiue Petro, *ſeruo meo: Vſq; in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generatione & generationem* SEDEM *tuam. Oleo ſancto meo vnxi eum*, ſiue dedi ei gratiã ſpiritus mei: *ſemel iuraui in ſancto meo, ſi ei mentiar: ſemen eius in æternum manebit, non profanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita*, Pſal. 88. Itaq; *Præbe mihi, fili, cor tuum*, Prou. 23. & *diſce à me, quia humilis ſum corde: tolle iugum meum ſuper te. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*; Matth. 11.

Neq; Scripturarum ſenſum ab illis diſcere

Chriſtus quid Longino reſpondeat.

Negat ſe mutaturum, quod Pontifici & Epiſcopis promiſit.

Et Longinum iubet fieri Humilem.

Quoniam ergò non habes, cur Chriſtum quod Epiſcopis

iurauit,

iurauit, tua causa mutaturum speres, age nunc audi, qualem te fieri oporteat, vt scripturas deinceps cum fructu & salute legere, siue rectè intelligere possis. Id quidem vno verbo *humilitatis* doceri potes. *Nam vbi humilitas, ibi sapientia* & intellectus scripturæ, Prouerbio: 11. Sed valdè te ipsum fallis, si humilis tibi videris & à superbiæ vitio liber, nisi fias 1. puer paruulus, 2. Cæcus, 3. Stultus, ignorans. 4. imò verus Asinus, velut iam ex scripturis disces.

Humilitas quid requirat

I. Scripturas intellecturus debet fieri puer paruulus.

Isa: 28. Quē docebit Deus scientiā? & quem intelligere faciet auditū? (*siue, verbū auditus Dei,* 1. Thes. 3.) Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. *Luc.* 18. Quicunq; non acceperit regnum Dei, sicut puer, non intrabit in illud, *siue non credet verbum* Dei, nā accedentem ad Deum oportet credere, Hebr. 11. *Itaq; Iesus sapienti illi scribæ, Marci* 12. *dicit:* Non es longè à regno Dei. *id est, parū abest quin rectè ex tota credas.* Psal. 18. Testimonium *seu verbum* Domini fidele, sapientiam *seu verum intellectum* præbens paruulis. *quomodo? an tantum legendo? nequaquam, sed sequendo sapientē velut pædagogum* Prou. 21. Paruulus si sectetur sapientem, sumet scientiam. *Quis autem est iste sapiens? Hoc Christi verba satis docent Matth.* 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes & scribas *hoc est* Pastores & Doctores, *velut Paulus declarat Ephes.* 4. nam his Christus Luc. 21. promisit *se daturum os & sapientiam,* siue spiritum sapientię in ore eorum. *Itaq; si tu, Longine, velis intelligere auditum & sumere scientiam, oportet vt fias paruulus, qui te ipsum nihil scire persuasum habeas, sed sapientem secteris, Doctorem nempè ab Ecclesia Catholica comprobatum, aliter non poteris intrare in regnū Dei, seu rectè credere.*

Et sectari sapientem.

II. Scripturas intellecturus debet fieri cæcus.

Ioh. 9. Ego lux in mūdum veni in iudiciū, vt cæci videant, & qui vident, cæci fiant. *hoc est,* vt qui putant, se bonitate ingenij, linguarum peritia, assidua lectione assecutos esse lumen siue declarationem aut verum sensum scripturæ (nam *declaratio sermonum tuorum illuminat,* non ipse textus etiamsi millies lectus, Psal. 118.) vt inquam, qui sic vident, cæci fiant, & prorsus nihil in scripturis intelligāt. quod *Isai.* 29. Prophetis & Principibus non Iudeorum, sed Gentium, montem Sion, siue Ecclesiam, ppug-

Nam qui Vident, à Deo excæcantur.

nantium itidem comminatur: *Miscebit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros: Prophetas & Principes vestros, qui vident visiones, operiet*, id est, excæcabit eos qui putant se videre siue intelligere Propheticas scripturas, neq; ad id Sacerdotibus opus habere. *Ecce ego addam, dicit Dominus, vt admirationem faciā populo huic miraculo grandi & stupendo: Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentiū eius abscondetur, Et sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt cōtra montem Sion*, legent nempe & scrutabuntur scripturas, seq; videre siue intelligere & verbo vitæ inde pasci putabunt, sed reuerà *ventus pascet ipsos & pastores eorum* (Ierem. 22.) quia montem Sion siue Ecclesiam oppugnant, neque indè legem Domini seu verum eius intellectum petere volunt. Sicut autem Deus Pater misit Christum, ita Christus misit Apostolos, illi Episcopos. Ergò & illi *lux mundi sunt in iudicium, vt eos, qui cæci sunt, illuminent* (Ephes. 3. 9.) siue *vt sint oculus cæco* (*Iob.* 29.) *dux cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditores insipientium, magistri infantium* (Rom. 1.) eos autem, qui vident, siue qui scripturas sine ipsis intelligere se putant, excæcent. Si ergò velis videre & scripturas rectè intelligere, oportet vt fias cæcus, manum humero pastoris imponas, eumq; non aliter, quam Deum ipsum, vinæ ducem in tenebris sequaris: non ipse tibi dux esse, ac tuo modo & arbitratu in tenebris, siue in difficilibus & obscuris Scripturæ locis, incedere, aut ipse ignem tibi accendere, siue interpretationem propriam comminisci, flāmisq; tuis non in camino Domini, qui est in Ecclesia, sed quouis alio loco accensis te succingere, siue interpretationes ab alijs extra Ecclesiam inuentas sequi velis. Isai. 42. *Ducam cæcos* (ego per Ministros meos, quibus dixi Luc. 14. *Pauperes & cæcos & claudos introduc.* Hos ergò cæcos ducam) *in viam, quam nesciunt: & in semitis, quas ignorant, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem*, id est, faciam vt etiam illos fidei articulos, quos ipsi nondum intelligunt, neq; an ea vera sit via, siue, an illi articuli rectè ex scripturis probati sint,

Hæreticorū admirabilis stupor in sacris literis.

Quia Ecclesiā oppugnant.

Episcopi sunt Lux mundi, & duces cæcorū.

Eos sequi debet, qui rectè cupit videre siue illuminari.

Deus cæcos tantum duci sinit.

certò

certò sciunt, propter auctoritatem tamen Ecclesiæ & Pastorum, quos eis viæ duces dedi, sine vllo scrupulo aut dubitatione sequátur. (sic Isai. 29. *Tenebras & caliginem oculi cæcorum videbunt.*) Credent enim firmissimè, me seruare, quod iuraui, daturum me scilicet *Pastores iuxta cor meum*, Ier. 3. & *oculos Videntium* siue Sacerdotum in nomine meo congregatorum *non caligaturos*, in primis eius Sacerdotis, qui velut *Princeps super Duces stabit*, Isai. 32. 3. & 8. *spiritumq́*, meum veritatis *in æternum ab ore eorum non recessurũ* Isai. 59. & in Ecclesia semper fore ignem & caminum meũ non tantum vt deuoret omnes populos in circuitu, siue hæreticos vndiq; Ecclesiæ imminentes consumat, sed etiam vt ex eo lumen accendatur, cuius præsidio quis sine offensione per montes caliginosos pergere, id est, obscura scripturæ verba sine errore intelligere queat. Isai. 3. *Domini ignis est in Sion; & caminus eius in Ierusalem.* Isai. 4. *Deus creabit super omnem locum montis Sion splendorem ignis flammantis in nocte.* Zach. 12. *In die illa ponam Duces Iuda* siue Episcopos, *sicut caminum ignis, & deuorabunt ad dextram & ad sinistram omnes populos in circuitu, & habitabitur Ierusalem rursus loco suo in Ierusalem.* Cum igitur Episcopi sint caminus, ab ipsis lumen accendi, siue Lex ex eorum ore requiri, & scientia ab eorum labijs peti debet. Ierem. 13. *Nolite eleuari, sed humiliamini, & date Domino gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendãt pedes vestri ad montes caliginosos*, Gloria Dei est cælare verbum, *Prou. 25.* Qui ergo putat Deum non cælasse verbum, sed ita clarum ac perspicuum fecisse, vt cuicunq; legenti, modò linguarum non sit imperitissimus, intellectu sit facillimum, is Deo non dat gloriam, sed eleuatur ac superbit, ac Propterea Deus oculos eius humiliat vt nullam lucem videant, id quod Ieremias ibidem sic testatur: *Quod si hoc non audieritis, exspectabitis* quidem *lucem*, putabitis quidem vos verum scripturarum sensum legendo consecuturos, sed Deus *ponet eam in vmbram mortis & in caligine.* Isai. 50. *Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? qui ambulat in tenebris, & non est lumen ei?* id est, si quis vestrum est, qui ipse non est Pastor, sed ouis, cui conuenit audire vocem Pastoris à Deo constituti, quiq; ipse lumen, siue donum intelligendi scripturas non habet,

Catholici Episcoporum doctrinam recipiunt, etsi nesciunt quo modo ex scripturis probetur.

Ignis Dei est in Ecclesia, ex quo lumen accẽdẽdum est.

Superbi sũt, qui putant scripturam esse intellectũ facilem.

Catholici qui non sunt Episcopi quid faciant in tenebris.

Sequuntur Duces suos.

is faciat, quod iam dicam: *speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum*, siue (quemadmodum Ierem. 3. loquitur) *Patrem vocet me, & post me ingredi non cesset*, hoc est, firmissimè sibi persuadeat, non Sacerdotes esse, qui loquuntur, sed *spiritum meum, qui loquitur in ipsis* (Math. 10.) itaq; Sacerdoti non aliter quã mihi ipsi innitatur, siue, manu humero eius imposita securo animo eũ in tenebris ducem sequatur. Quid autem euenturum sit illis, qui nolunt velut cæci Sacerdotum ducem sequi, sed *suæ prudentiæ innitũtur* (Prou. 3.) quiq; per mõtes caliginosos sibi ipsis duces esse, aut suis facibus non in camino Sion incensis vti postulant, sic significat: *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis: ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.* Hoc ipsum alijs verbis psal. 80. sic effert: *Israël non intendit michi, itaq; dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in audinuentionibus suis*, siue, pergent in via sua quam sibi quisq; rectam esse fingit, sed tandem via illa, in præcipitium eos deducet. Prou. 14. *Est via, quæ videtur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortem.* Sed qui non it in adinuentione sua neq; in sui ignis lumine ambulat, aut flammis extra caminum Sion accensis vtitur, credit autem, in Sion, siue Ecclesia esse perpetuum splendorem ignis in nocte flãmantis, neq; quicquam dubitat, quin audiens Pastores à Christo datos Christum ipsum audiat, is securè dicere cum Psal, 22. potest: *Etsi ambulauero in medio vmbræ mortis* (etsi in obscurissimis scripturæ locis, quæ perperam intellecta mortem æternam afferũt, nihil intellexero) *tamẽ non timebo mala, quia virga & baculus Domini* in manu pastoris, *ipsa me consolata sunt*, id est, quia vocem Pastoris à Deo dati audio, eiq; in tenebris velut duci iñitor. Sed illi, qui nolunt à Videntibus audire legem Dei, eisq; dicunt: *Nolite videre, auferte à me viã* (siue, qui suis ipsis oculis vti, suoq; modo scripturas intelligere volunt, nec eam viam, quam Videntes monstrant, ingrediuntur) habent, cur hanc Dei comminationem pertimescant: *Pro eo quod reprobastis verbum hoc* (siue hunc verbi diuini sensum, quem Sacerdotes docent, & non sperastis neq; innixi estis super Pastorem, quem vobis dedi, sed) *sperstis in calumnia & in tumultu* (siue vt Sym-

Heretici non sequuntur duces, sed ipsi sibi Lumen accendunt.

Itaq; pergunt in falsa via.

Donec deducãtur ad mortem perpetuã.

Catholicorũ, quoad Fidem securitas:

Hereticorum ingens periculum.

machus

machus & Theodotio verterunt, *in contradictione & superbia*, id est innixi estis prudentiæ vestræ) *& innixi estis super eo*, hoc est, fūdamentum fidei vestræ posuistis calumniam siue falsam scripturæ interpretationem, &tumultum siue superbiam, propterea *erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens & subitò, dū non speratur, veniet contritio vestra*. 1. Cor. 3. Si quis videtur sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Quare faciendum tibi puta, mi Lōgine, vt illud nescio quid literularum Græcarū animos tibi haudquaquam addat, vt propterea sapientiorem te putes, quàm qui Patribus ac Magistris Concilij Tridentini in disciplinam dare te debeas. *Græci sapientiam quærunt*, ait Apostolus 1. Cor. 1. & habet hoc ferè linguæ Græcæ cognitio, vt eam tenentes non mediocriter inflet, cùm sit & omnium cultissima & paucis hodie cognita. Iam verò qui bonum aliquod possidet, quod excellat rarumq; sit, meritò se ceteris præferri facilè credit. Etiam Præfecturam Scholasticam & imperium in pueros, non parum momenti habere ad ingenerandam superbiā, cum Quinctilianus vetus Scholasticus lib. 1. cap. 1. testatur, tum ratio ipsa docet: nam præstantis alicuius boni opinione intumescere homines solemus. Sed imperium in homines, maximum bonū nobis videtur, propter quod Dijs etiam comparādi simus. Et Dionysius regno Siciliæ exutus, quod sciret quantam voluptatem pariat, alios sui reuerentes & dicto audientes habere, ludo Corinthi aperto acceptisq; in disciplinam pueris, calamitatem suam solandam duxit. Fere igitur omniū difficillima est Grammaticorum siue Criticornm, & eorum, qui in Scholis & Academijs literas docent, ad Ecclesiam conuersio, nam aliter in regnum dei non intratur, nisi quis fiat sicut puer, sicut cæcus, sicut stultus & indoctus. Vt autem Grammatici & Ludimagistri tales fiant, nihilo facilius est, quàm vt camelus per foramen acus transeat. Itaq; merito eorum quisq; sibi hoc dictū putet Isai. 33. *Cor tuum meditetur timorem. Vbi enim est literatus* seu *Grammaticus*, vt habent 70. Interpp.*? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum?* quasi dicat: Habes cur de cognitione veritatis deq; salùte animæ tuæ meritò plurimum timeas, nam in Cælo nullum videre est Grammaticum, nullum Ludimagistrū, nullū

Hæretici fidei suæ fūdamentum habent Calumniam, siue, scripturā falsò intellectam.

III.

Scripturas intellecturus debet fieri stultus.

Id difficulter faciunt qui Græcam linguā callēt.

Et qui imperium habent in pueros ac iuuenes scholasticos.

Videtur enim sibi maximis bonis præditi.

Grammatici & Pædagogi difficillim ex Hæresi cōuertuntur.

Et pædagogi Grammatici, habent cur de salute sua timeant

ſogum, qui Biblia non niſi propter verborum aucupium & examen legerit. Quid igitur? dices: nullús ne hominum eiuſmodi ſaluus fiet? Reſponſum tibi à Chriſto puta: *Apud homines hoc quidem impoſſibile eſt, apud Deum verò omnia poſſibilia ſunt.* Tu modo fac, vt cor tuum meditetur timorem; nam *Timor* eiuſmodi *eſt initium ſapientiæ.*

IV.

Scripturas intellecturus debet fieri Aſinus intelligens ſeu māſuetus.

Pſal. 31. Intellectum tibi dabo & inſtruam te in via, qua gradieris. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. In camo & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino miſericordia circūdabit. Vt hinc diſcas, oportere te fieri Aſinū, ſi velis intellectum Scripturæ à Deo tibi dari, ſcire debes, nos Chriſtianos eſſe *Iumenta Dei*, ſiue pecora ſubiugalia, equos aut mulos ſiue aſinos clitellarios, qui ſub iugo Dei ſumus, eiuſq; onus portamus aut vehimus. *Homines* ſiue Agaſones aut Muliones Dei, ſunt Epiſcopi, Paſtores & Doctores. *Frenum* eſt vera doctrina, ſiue vera ſcripturæ interpretatio, *Onus* aut *iugum* eſt obſeruatio mandatorum ſiue obedientia. Hæretici ſunt *iumenta irrationabilia*, ſiue ſine intelectu, quia non cognoſcunt agaſonem, nec aproximant ad eum, ſed fugiunt voluntq; eſſe liberi, ſed frenantur à diabolo freno erroris, ſiue falſa ſcripturæ interpretatione: quorum quidem omnium veritatem ea, quæ ſubijciam, Scripturæ loca tibi demonſtrabunt.

Chriſtiani ſūt Iumenta Dei.

Agaſones.

Frænum.

Onus & Iugū.

Aſini intelligentis officiū.

Primum omnium iam audiſti Chriſtum velle, *vt tollamus ſuper nos iugum eius & onus feramus*; quod nihil aliud eſt, quam vt Aſini ſiue Iumenta eius eſſe velimus, neq; aduerſus Muliones ſiue Miniſtros eius calcitremus, iugum eorum detrectemus, onus excutiamus, & ab ijs profugiamus aut nos ſeparemus. Nam hoc eſſet Aſinorum, *qui carent intellectu*, ſiue ferocium & ſilueſtriū, qui non cognoſcunt præſepe Domini ſui, nec ad eum proximāt: meritoq; propterea illa Dei querela in nobis locum inueniret. Iſai. 1. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſraël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit*, ſiue, factus eſt Aſinus ſine intellectu, qui iugum detrectat & vult eſſe liber

ber

ber. Iob. 11. *Vir uanus in superbiam erigitur, & velut pullum onagri se liberum natum putat.* Superbus autem est, qui non vult requirere Legem ex ore Sacerdotis, Angeli seu Mulionis Dei, nec obedit eius imperio, Deut. 17. Malach. 2. 1. Tim. 6. 4. Tales sunt illi, Reges, Principes ac populi, quorum Psal. 2. aduersus Christum & Ministros eius conspiratio describitur. *Dirumpamus vincula eorũ proijciamus à nobis Iugũ ipsorum.* id est, nequaquam Agasonibus ac *Præpositis nostris obediamus aut subiaceamus*, quamuis id Hebr. 13. facere iubeamur, & quamuis Christus dicat: *Qui vos spernit, me spernit*, Luc. 10. Ac proprerea 2. Petri. 2. *Magistri mendaces, qui introducunt sectas perditionis*, atq; etiam *qui sequuntur eorum luxurias*, siue Hæreticorum discipuli, dicuntur *pecora irrationabilia*, siue Asini contumaces & calcitrosi, qui *sibi placent, dominationem cõtemnunt, & libertatem sibi ac sui similibus promittunt*, siue ab omni iugo & onere liberi esse volunt, vt eis dici à Deo queat quod Ierẽ 1. legimus. *Confregisti Iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam.* Nam vincula Dei sunt, quibus Pastores & Episcopi peccatores ligant. Ergò qui non obedit Episcopis, rumpit lora seu vincula Dei & confringit Iugum eius. 1. Thes. 4. *Scitis quæ præcepta dedrim vobis: quæ qui spernit, non hominem spernit, sed DEVM, qui etiam etiam spiritum suum sanctum in nobis.* Act. 15. Visum est Spiritui Sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis ONERIS, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis, sanguine & suffocato. Ergò præcepa Episcoporum, velut ipsius Spiritus Sancti mandata, sunt ONVS nobis necessariò ferendum. Itaq; ibidem dicitur Paulus *præcepisse Ecclesiis custodire præcepta Apostolorum & seniorum.*

Hæretici seu superbi quales sint Asini.

Præcepta Ecclesiæ sũt Onus necessario portandũ.

Ierem. 31. Ecce dies veniunt, dicit Domiuus: & seminabo domũ Israël semine hominum & semine iumentorũ. *Sic Zach.* 2. Absq; muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. Homines siue Muliones aut Agasones sunt Pastores & Episcopi: quos Paulus *Homines Dei* vocat 1. Tim. 2. & 2. Tim. 3. Cæteri sunt Iumenta, onus Domini ab Episcopis impositum ferentia, & viam, in qua ab Episcopis agũtur seu diriguntur, ingredientia: qui si minus eis obediãt & ab ijs

In Ecclesia alij sunt Iumẽta, alij Hõines siue Agasones.

Hæretici sunt Asini calcitrones.

ſegregentur, tum velut refractarij & feroces equi aut muli recalcitrant, velut Iudaicus olim populus Deuter. 3.2. *Impinguatus & incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: dereliquit Deum & receſſit ab eo.*

Falſa ſcripturæ interpretatio eſt Frenũ quo Aſinos fugitiuos Diabolus frenat.

Iſai. 30. Ecce nomen Domini de longinquo, ad perdendum frenum erroris, quod erat in maxillis populorum] Ergò falſa doctrina eſt frenum, quo Spiritus erroris, ſiue diabolus, eos continet ac ducit, qui veritate priuati ſunt. *Frena*, verò *equis in os mittimus ad conſentiendum nobis*, ait Iacobus Cap. 3. Itaq; cui diabolus frenum in os miſit, is conſentit ei, quemadmodũ Paulus 2. Tim 2. ſcribit, *eos qui reſiſtunt* Epiſcopis, *nec veritatem poſſunt cognoſcere, à diabolo captiuos teneri ad eius uoluntatem*, ſiue, vt idem velint, quod vult diabolus. Permittit autem Deus eos à diabolo frenari, qui Epiſcopis ac Magiſtris legitimè miſſis recalcitrant, eorum frenũ ſiue doctrinam excutiunt, & Iugum atq; onus eorum abijciunt.

Cauſa cur quoſdam in Hæreſin Deus incidere permittat.

Prouer. 5. *Quare ſeduceris, fili mi, ab aliena, & foueris in ſinu alterius?* id eſt, quæ cauſa eſt, cur tu falſam doctrinam amplexus teneas? Hæc: *quia reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus eius conſiderat. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.* id eſt, propter peccata permittit Deus hominem decipi & in errorem labi, maximè propter inobedientiam & ſuperbiam. *Ipſe morietur, quia non habuit diſciplinam*, ſiue, quia noluit diſcere ab Epiſcopis: *& in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.* id eſt, hæc illi erroris cauſa eſt, quia ſibi tam ſapiens videtur, vt Rectore ac Duce nullo opus habeat. Prouer. 11. *Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia.* Ergò ſtultus, qui ſibi iam videtur eſſe in recta via, ſiuè rectè ſcripturas intelligere, non audit conſilia: quia, vt ait Salomõ Eccleſ. 10. *In via ſtultus ambulãs cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat.* Propterea Reges ac populi conſilia de rumpendo freno & excutiendo iugo ineuntes Pſal. 72. ſic admonentur: *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via.* Pſal. 72. Ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui: vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum, nam qui elongant ſe à te, peribunt: perdes omnes, qui fornicantur abs te. Michi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere

Quia nolunt accipere diſciplinã ſiue diſcere ab Epiſcopis.

Sapientis Aſini officium.

in

in Domino ſpem meam. Hic Pſalmus totus eſt Propheticus, quem prorſus abſurdiſſimum ſit ad Dauidica tempora accommodare, quibus Dei cultum in ciuitate Hieroſolyma totaq; Iudæa magis, quàm vnquam aliàs, floruiſse, neq; homines apertè impios & ſcandaloſos toleratos fuiſſe, vel ex Pſalmo centeſimo ſatis conſtat. Duæ porrò ſunt Pſalmi huius partes. Prior exponit, quantam vim habeat ad ſcandalizandos alios Sacerdotum Catholicorum Epicurismus ex nimia opulentia & felicitate ortus, vt nimirum pleriq; vel in Atheiam, vel in Hæreſin labantur: *Et dixerunt: Quomodo ſcit Deus? & : ſi eſt ſcientia in excelſo?* id eſt, alii non putant eſſe Prouidentiam, ſiue, non credunt Deum humanarum rerum curam gerere, cùm videant iſtos Religionis antiſtites ita viuere, ac ſi omni religione careant, neq; Deum aliquem actionum ſuarum arbitrum & vltorem credant. Alii verò *in Excelſo*, ſiue, vt eſt in Hebræo, MAROM, id eſt, *Romæ*, non credunt eſſe ſcientiam, ſiue, in Eccleſia Romana non eſſe verum intellectum Scripturarum, quod nullo modo veriſimile eis videatur, Spiritum ſcientiæ eos habere, qui Spiritu charitatis omninò ſe carere factis ipſis oſtendunt. Altera Pſalmi pars docet, quod ſit officium pii hominis, ſiue, quid facere debeat pius, cum Sacerdotes Catholicos tam ſcandaloſè viuentes videt. 1. *non debet inflāmari cor eius neq; renes cōmutari*, ſiue, nō debet nimio Zelo cōmoueri 2. *non debet elōgare ſe à* Sacerdotibus, quamuis malis, nec ſchiſma facere, ſicut & Chriſtus Matth. 22. præcipit turbis, vt etiamſi Scribæ in cathedra Moyſis ſedentes, peſſimè viuant, non tamen propterea ab eorum iugo ſe ſubtrahant, ſed faciant, quæ illi præcipiunt, tantùm opera illorum imitari caueant. 3. *non debet fornicari à Deo*, hoc eſt, non debet rem habere cum deprauatione ſeu falſa interpretatione Scripturæ aut Hæreſi, quæ ſæpè in ſcripturis *Mulier aliena* & *Meretrix* dicitur. Contra verò debet 1. *intelligere* ſeu cogitare *nouiſſima* eiuſmodi ſcandaloſorum Sacerdotum, quam graues ſcilicet Deo pœnas daturi ſint. Nam qui cogitat eos non tam in ſublimi, quàm in præcipitio conſiſtere, potius miſerebitur eorum, quàm vt felicitatem ipſis velut indignis inuideat aut indignationem aduerſus eos concipiat. 2. *debet redigi ad nihilum &*

Quæ res faciat Aſinos celſitones & flagitiuos.

Ex ſcandaloſa Prælatorū vita alii reddantur Athei.

Alii Hæretici, ſiue, ab Eccleſia Romana alieni.

Quomodo ſe pius Chriſtianus in ſcandaloſa vita Prælatorum gerere debeat.

Caueat. 1. 2. 3.

Faciat. 1. 2.

nescire, id est, se ipsum pro homine nihili & sacrarum literarum indoctissimo reputare. 3: *debet fieri Iumentum apud Deum & adhærere ei*, id est, velut mansuetus asinus apud Mulionem, aut Agasonem suum manere, neq; abiecto onere & *leuata aduersus eum planta* (Psal. 40.) profugere, sed in Deo sperare eiq; inniti, hoc est, nequaquam dubitare, quin spiritus Dei etiam in malo Sacerdote loquatur, velut Caiphas exemplo est, & cæteri scribæ. Et S. Paulus etiam 1. Cor. 13. significat, posse aliquem habere spiritum scientiæ, vt habeat *omnem scientiam, noueritq; omnia mysteria*, quamuis spiritum charitatis non habeat. Itaque labia Sacerdotum etiam malorum custodiunt scientiam. 4. *debet annunciare omnes prædicationes Dei in portis Sion*, siue manere in communione Ecclesiæ, & fidem eius simul cum alijs profiteri. Sic Ezech. 9. *Signantur* à Deo *qui gemunt & dolent super cunctis abomninationibus, quæ fiunt in media Ierusalem:* non qui exeunt è Ierusalem: nam *destruentes te*, ò Ierusalem (ait Deus Isai. 49.) *& dissipãtes te, à te exibũt*: nam qđ nõ cũ Eclesia est, cõtra eã est qui cũ Pastoribus, qualescũq; illi sint, nõ colligit, spargit. Et huiusmodi exeũtes & elõgãtes se, ac nõ approximãtes, sunt *velut equus & mulus sine intellectu*, quorum maxillas supra audiuimus oportere *in camo & freno constringi*, *ac multis flagellis* subdomari, quàm multis putas? Id tibi dicet Salomo Prou. 17. *Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum*. Nimirum alia est prudentis iumenti, alia contumacis & intellectu carentis ratio. *Prudens est, qui audit consilia: stultus autem, cuius via recta est in oculis suis*, siue, qui in sua via & sententia pertinacitèr manet, *Prou.* 11. Prudentem Asinum satis est corripi, siue admoneri ac velut frenis leniter motis quo quis velit flecti: sed Asinum stultum, refracttarium & calcitronem multis flagellis & centum plagis vix officium facere cogas. Prouer. 26. *Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.* Pecora (ait Seneca) verbere domantur, nec irascimur illis, cum sessorem recusauerint, sed compescimus, vt dolor contumaciam vincat. Atque hinc, opinor, intelligis, quàm friuola & inanis sit altera illa causa tua, quam in ijsdem

Hæretici sũt velut equus & mulus sine intellectu, ac propterea flagellis ac baculis domandi.

Posterior Lõgini excusatio cùr Catholicus fieri nolit.

tuis literis, quominus ad Romanam Ecclesiam acceſsionē facias, attuliſti: *quia ſcilicet nimium ſit Catholicorum odium nimiaq; inhumanitas aut crudelitas erga eos, qui alia omnia de Religione ſentiunt.* Itaq; ſi tuo arbitratu fiat, Agaſo, cui Mandra Aſinornm commiſſa eſt, religioni ſibi ducet, Aſinum calcitronem, quiq; iugum detrectat & onus ſubindè excutit, fuſte iligno dedolare, neq; profugientem, vel inuitum reducere. Sed etiam cùm Aſinum rabie efferari contigerit, nequaquam eum occidet, ſed vt in totam Mandram ſæuire, cunctoſq; Aſinos eadem rabie inficere queat, permittet. Et vt alia vtar imagine, ſi quis Scholæ tuæ diſcipulus dictata præceptoris excipere negligat, ſi oſcitet, ſi alias res agat, ſi Magiſtrum reprehendat, irrideat, & in condiſcipulorum contemptum omni vi adducere laboret, tu impunè id eum facere ſines, & potius quam plagoſus & difficilis videare, tibi collegiſq; tuis barbam velli à diſcipulis, eoſq; quotieſcunq; velint, Floralia ludere nequaquam impedies. Nam Eccleſiam eſſe Chriſti Scholam non neſcis, cuius vnum aliquem Præceptorem ſummum ac Rectorem ſemper futurum, qui in Cathedra Dei ſedeat, & cuius Fides ſiue recta ſcripturæ interpretatio numqam deficiat, qui etiam collegarum ſuorum dictata confirmet, & diſcipulos eis parere iubeat, vel hæc pauca demonſtrant. Iſai 30. *Tu popule Sion habitabis in Ieruſalem, & non faciet Dominus auolare à te vltrà Doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes Præceptorem tuũ, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. Hæc eſt via,* quam mei collegæ vobis demonſtrarunt, *ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram.* Luc. 22. *Ego rogaui pro te, Simon vt nō deficiat Fides tua, & tu confirma fratres tuos,* ſiue approba doctrinam eorũ, ne in vacuũ currãt, ſiue, ne fruſtra alios doceant, qui nempe parũ eorũ doctrinæ credẽt, ſi eã à tua doctrina diſcrepare ſuſpicati fuerint. Itaq; Paulus Galat. 2. ſe ſcribit *ex reuelatione,* ſiue, Spiritus Sãcti iuſſu *adſcendiſſe ad Petrũ, vt cõferret cũ eo doctrinã ſuã de libertate Chriſtiana.* Nã aduerſarij eius docebãt, Chriſtianos nõ poſſe ſaluari, niſi circũcidãtur, & quia Paulus docebat circũciſionē nihil prodeſſe, illi nõ Paulo, velut nouitio, ſed Petro Apoſtolorũ principi potius credendũ contendebant. Futurum ergò erat, vt

Putat Aſinos calcitroſos nimis durè tractari ab Agaſonibus.

Putat inobedientes, contumaces, petulãtes ac ſuperbos diſcipulos debere impunes abire.

Eccleſia eſt Schola Chriſti, cuius multi Magiſtri, & vnus Rector.

Paulus *in vacuum curreret*, nemoq; doctrinam eius reciperet, nisi eam cum Petro collatam ab eoque confirmatam esse constaret, quare Petrus simul cum Concilio eam confirmauit, & Paulinas etiam epistolas scripto suo commendauit ac velut in Canonem librorum sacrorum recepit. 2. Pet: 3. Illi porrò, qui Paulo aduersabantur & seditionem inter discipulos concitabant, erant ex discipulis Petri, qui nullo mandato accepto docebant & *turbabãt caeteros & animas eorum euertebant*, velut Act. 15. legimus: de quorum similibus Act. 20. scriptum est, *quod exsurgant*, non iussi scilicet surgere aut talia docere, *& loquantur peruersa*, siue falsa interpretatione scripturas peruertant, *vt abducant discipulos post se*, siue, vt discipulos à *paedagogorum* (sicut 1. Cor. 4. Doctores vocantur) & à Rectoris obedientia abductos in suam sectam alliciant. Et hos ibidem Paulus vocat *Lupos rapaces, non parcentes gregi*. Et tu tamen aequum putas, vt eiusmodi Lupis in gregem saeuire & rapere ac dispergere oues impunè liceat? 2. Tim. 2. idem Paulus *Cancri* similitudine periculum, quod aliis ex eorum contagione impendet, declarat. Et tu hoc nunc agis, vt membrum cancro infectum, ne reliquum corpus pereat amputare, non medicinam, sed crudelitatem esse persuadeas? Audi sodes, quid Tullius aduersus Calenum eadem, quae tu sentientem disputet: *Hoc* (inquit) *interest, Calene, inter meam sententiam & tuam. Ego nolo quenquã ciuem committere, vt morte multandus sit: Tu etiamsi commiserit, conseruandum putas. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri secariq; patimur, vt membrorum aliquod potius quam totum corpus intereat. Sic in Reipub. corpore, vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. Dura vox. Multò illa durior: Salui sint improbi, scelerati, impii: deleantur innocentes, honesti, boni, tota Respub.* Audi etiam Philosophorum maximum Annaeum Senecam: *Si qui corrigi nequeunt* (inquit) *nihilq; in illis spei bonae capax est, tollantur è coetu mortalium, facturi peiora, quae contingunt: & quo vno modo possunt, desinant esse mali. Sed hoc sine odio, quid enim est cur oderim eum, cui tum maximè prosum, cum illum sibi eripio? num quis membra sua odit, tunc cum abscindit? Non est illa ira, sed misera curatio. Non ira, sed ratio est, à sanis inutilia secernere.* Sed etiam ingeniorum

Petri discipuli contemnebãt Paulum.

Putat Longinus Lupos nimis crudeliter à Pastoribus accipi.

Putat membra Cancro infecta non esse amputanda.

Perniciosos homines occidi cui bono sit.

Non omnia ingenia co-

rum distinctio illa, quam ab Epicuro traditam probat idem Seneca, quàm vtile, imò necessarium quibusdam sit, ad verum & honestum cogi, pulchrè docet: *Quosdam ait Epicurus ad veritatem sine vllius adiutorio exisse, fecisse sibi ipsos viam (hos maximè laudat, quibus ex se impetus fuit, qui se ipsos protulerunt) quosdam indigere ope aliena, non ituros, si nemo praecesserit, sed benè secuturos. Egregium hoc quoq; sed secundæ sortis ingeniũ; nam & hoc multũ est, velle seruari. Aliud est genus hominum, ne ipsum quidem fastidiendum, eorum qui cogi ad rectum compelline possunt, quibus non duce tantũ opus sit, sed adiutore & vt ita dicam, coactore*: quædam ingenia *facilia & expedita, quædam manu, quod aiunt, facienda sunt.* Nimirum ad veritatem alij sponte sua perueniunt, alij ducuntur, alij trahuntur seu coguntur. Primis rationes siue argumenta audisse satis est: secundos, qua ingenio minùs sunt perspicaci, adeoq; vim argumentorum non percipiunt, mouet aliorum Auctoritas, siue præclara de illorum intelligentia, integritate & erga se beneuolentia opinio: postremi cùm sint affectibus deuincti, immò excæcati, nullum argumentum audiunt, rationem nullam perspiciunt, nisi Affectus eorum alio affectu, velut clauus clauo eijciantur. Nam qui voluptate retinentur, illos absoluit dolor, si nimirum propter sententiam, quam tuentur, plus doleant, quàm gaudeant. *Oratio & doctrina* (ait Aristoteles 10. Ethic. 9.) *non in omibus hominibus vim habet. Nam ὁ κατὰ πάθος ζῶν, qui secundum affectum viuit, orationem dehortantem non audit, neq; intelligit* ὅλως γὰρ ȣ̓ δοκεῖ λόγῳ ὑπείκειν τὸ πάθος ἀλλὰ βίᾳ. *Omnino enim Affectus non rationi vel orationi, sed vi siue coactioni cedere videtur.* Iam verò Idiognomones siue Pertinaces in sententia sua (velut idem Philosophus 7. Ethic. 9. docet) propter voluptatem ἐμμένȣσι τῦ δόξῃ siue, in opinione sua permanent. *Gaudent enim tanquam victorees, si de sententia sua non deducantur,* hoc est, iucunda ipsis est sententia sua, quemadmodum Prouer. 15. scriptum legimus: *stultitia gaudium stulto*, Aut enim ipsi eam sententiam pepererunt, & veluti suam amant (Prou. 15. *Lætatur homo in sententia oris sui*) 2. aut eandem amplectuntur,

eodem modo tractanda.

Quidam ducuntur ratione

Quidem auctoritate.

Quiqam affectu, vt dolore aut timore.

Qui sint illi, qui ducuntur Auctoritate.

Qui verò Affectibus.

Illis, qui Affectu laborãt, non debent rationes siue argumẽta proponi.

Pertinaces omnes laborant affectu, nẽpe voluptate.

Quare Pertinacibus opinio sua iucũda sit.

quos ipsi amãt, vt parẽtes, vxores, ãici: 3. aut ab ea abhorrẽt, quibus ipsi irascũtur, quosq; oderũt, adeoq; gaudẽt se illis hoc modo ægrè facere ac molestos esse: 4. aut in pueritia eã cõbiberunt & simul cum ea adoleuerunt: 5. aut nulla eis ita sentiendi incumbit necessitas: 6. aut suis ad vitia procliuitatibus naturalibus opinio eiusmodi subblãditur: 7. aut natura ἐρις ικοις seu contentiosis occasio sæpe disputandi præbitum iri videtur, quæ res propter victoriæ spem iucunda esse solet: 8. aut sperant multos alios in sẽtentiam suam cõcessuros, seq; velut eorum Magistros & Duces futuros: 9. aut lucri & emolumenti spes ex eiusmodi sententia ostenditur. Itàq; vel ipso iudice Aristotele, qui propter voluptatem in sententia permanent, rationi non obediunt, sed coactioni: quod ipsum Spiritus Sanctus similiter nos docet, Prou. 18. *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius.* Prou. 22. *Stultitia colligata est in corde pueri, sed virga disciplinæ fugabit eam.* Id est, dolor tollet impedimentum rationis & profectus, stultitiam nempè siue falsam sententiam, siue vanam scientiæ opinionem τῆς περικοπῆς κοπήν, velut Bion aiebat. Prou. 10. *Virga in dorso eius, qui indiget corde.* Puou. 26. *Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.* Prouer. 29. *Virga & correptio tribuunt sapientiam.* Isai. 28. *Tantũmodo sola vexatio intellectum dabit auditui.* Itaq; Christus Luc. 14. & Mat. 22. eos, qui tantum *vocantur* ad cænam, negat venire, sed illos, qui *ducuntur*, quiq; cum duci nolint, *intrare compelluntur.* At enim, dices mihi, sæpe nihil pœnæ ac dolores proficiunt, velut Ierem. 2. legimus: *Frustrà flagellaui filios vestros, disciplinam non receperunt.* Et Ierem. 5. *Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* Itaq; nihil reliquum est, nisi vt pereant, alijsq; suæ pertinaciæ exemplo nocere desinant. Nam Deus disertim Deut. 17. *eum, qui non vult obedire Sacerdotis imperio, occidi iubet, vt cunctus populus audiens timeat & nullus deinceps intumescat superbia. Pestilente enim flagellato* (ait Salomo Prou. 19.) *stultus sapientior erit.* quomodo verò eiusmodi Pestilens & cancro iam consumptus atq; ob contagium periculosus homo,

Affectibus laborãtes nõ doceri, sed cogi possunt.

Dolor aut doloris metus affectu eos liberat & impedimẽtũ intellectus tollit.

Sola vexatio dat eis intellectum.

Quorundam Affectus nec dolore, nec metu expelluntur.

vt saltem alios metus affectu suo liberet.

homo flagellari debeat, Spiritus Sanctus per os Dauidis de statu Ecclesiæ Christi & hostium siue rebellium eius vaticinans 2. Reg. 23. siic præmonstrauit: *Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere* siue euellere *voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igneq; succensæ comburentur ad nihilum.* Quid quod non modo *Pestilentes* siue corruptores aliorum, sed illos etiam, qui ab ijs se corrumpi, & à Deo patrum suorum, seu veteri Religione abduci patiuntur occidi Deo gratum est? Audi quid 2. Paral. 15. de Asa Rege narretur: *Intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent Dominũ Deũ patrum suorum. Si quis autem, inquit, non quæsiuerit eum,* MORIATVR, *à minimo vsq; ad maximum, à viro vsq; ad mulierem. Iurauerunt q; Domino voce magna omnes, qui erant in Iuda, cum execratione, præstitit q; eis Dominus requiem*] Ecce tibi morem Regum Iudaicorum, quem Deus cùm probauit, tum bonis non vulgaribus remunerandum duxit. quid ni? Cùm ipse moris eius auctor fuisset Deut. 13. *Si inueneris in vna Vrbium tuarum auersos esse habitatores eius à filijs Belial* siue Sacerdoti inobedientibus, *vt seruiant Dijs alienis, quos ignorarunt patres tui: statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ in illa sunt vsq; ad pecora.* Quid igitur? vtrum adhuc Ecclesiæ Romanæ spiritus alius, quàm ipsius Dei spiritus tibi videtur?

In sanabiles in errore quomodo tractãdi.

Mos regũ piorum in cõseruanda veteri religione.

Interficiebant etiam mulieres & infantes eorũ, qui nouam religionem sectabantur.

Deus ipse moris illius auctor fuit.

Sed quid longum loquor? Iam biennium est, cùm tecum eadẽ de re sic egi, vt tibi à me satisfactum esse, neq; te quicquam amplius desiderare præ te tuleris. Itaq; valdè vereor, ne tu sis vnus illorum, quos ἰδιογνώμονας et ἰσχυρογνώμονας, *pertinaces & peruicaces* Aristoteles appellat, & αὐθάδεις καὶ δυσπείστους esse ait, quodq; κατὰ πάθος ex affectu viuant & voluptati tuenda sentẽtia seruiant, nequaquam oratione, sed tantum vi & cogendo ad verum conuerti posse testatur. Nam tibi tuam istam de non puniendis falsæ opinionis auctoribus ac sectatoribus sententiam iucundam esse, teq; voluptate duci, quod Pertinaciæ iam esse proprium docui, nec rationem audire aut intelligere, ex tribus quibusdam signis minimè fallacibus cõniecturam duco. Primũ enim Pertinaces cùm opinionem suam diligant, eamq; sibi rationi-

Lõginus eadem multò prius audiuit.

Itaq; suam Pertinaciam prodit.

Character hominis pertinacis.

1. Nota.

tionibus & argumentis alterius extorqueri maximopere doleant, aut perinuiti ad disputationem ac velut pugnam accedant (si nimirum suis viribus diffidant: tum enim aleam iacere & communem Martem experiri formidant) aut si ingenio, eloquentia, arte disscerendi, alijsq; victoriæ præsidijs satis se insttuctos rati in certamen descendant, post vbi se inferiores esse, neq; adversarij argumentis quicquam respondere posse sentiunt, alterutrum, ne victoriam alteri cedere videantur, faciunt. Aut in iram effunduntur, & conuicijs ac maledictis rem gerunt, nonnumquam & ad verbera descendunt, velut Iudæi cum S. Stephano disputantes Act. 6. & 7. exemplo sunt: aut artificio aliquo vel etiã silentio aduersariorũ, ne victoria euidenter potiatur, frustrari conantur, nam si ab instituta quæstione ad aliam, & indè mox ad aliam aduersarius minùs attendentem calidè abducant, vel etiam occasionem de verbis, velut improprijs nimisq; duris litigandi accipiant: non est cuiusuis auditoris & arbitri, vter vicerit, decernere. Si autem taceant, vel se fuga contentionis nolle quicquam amplius respondere simulent, quodammodo pares, vel certè euidenter ac perspicuè non conuicti discedunt: atq; hoc est, quod de Pertinaci, qui voluptati seruit, Prou. 29. legimus. *seruus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit.* Sic. 3. Reg. 18. *Populus non respondit Eliæ verbum.* Marci 3. Pharisæi excæcati, ne victoriam perspicuam Christo cedant, omninò tacent. Deindè qui Pertinaces sunt, non erubescunt eadem chorda sæpius oberrare *ac veterem in limo, vt ranæ, occentare querelam*, siue, argumenta sententiæ suæ quamuis non semel confutata subinde repetere, ijsq; aures aduersariorum obtundere, modò ipsi suæ voluptati, quam eis suæ opinionis præbet defensio, pareant. Talis erat olim populus Iudaicus, qui quamuis sæpius à Prophetis suum argumentum de Templo Domini confutatum audisset, didicissetq; promissionem Dei de perpetua eius templi conseruatione factam fuisse cum exceptione, siue conditione, si nimirum populus obseruaret Legem Domini, nihilo tamen minùs postea quàm prius, illud suum iactabat: *Templum Domini, templum*

2. Nota pertinaciæ.

Domini, templum Domini est, Ierem. 7. Itaq; Ierem. 6. de illis dicitur: *Confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.* Et Soph. 3. *Nesciuit impius Confusionem.* Postremò quoniam pertinaces sibi dolore aut metu suam sententiam, quæ ipsis iucunda est, extorqueri nollent, propterea cæteris sui similibus aduocationem cōmodant, & facinus indignum atq; immane clamant, cùm quem propter sententiæ obstinationem plecti intelligunt. Sic Clodius adulteros, sic Verres publicæ priuatæq; rei fures, sic Catilina cōiurationis reos impunes dimissos cuperet. Sed *abominantur iusti virum impium* Prou. 29. Et sicut *qui derelinquunt Legem, laudant impium*, ita, *qui custodiunt, succenduntur contra eum*, Prou. 28. Sed nihil attinet, quomodo & quoties hæc omnia Pertinaciæ signa in te deprehenderim, sigillatim cōmemorare. Tu si te colligere, & in hoc velut speculo te contemplari parumper volueris, dubiū non habeo, quin statim τὸ ἦθος, morem & ingenium tuum recognoscas, neq; cur apud hominem κατὰ πάθος ζῶντα & affectibus indulgentem plurium verborum operam nolim perdere, quicquam miraberis. Vnum hoc modò addam, quod non tam ad erudiendum te pertinere scio, quàm ad voluptatem illam tuā iusto metu pellendam conducere cupio, tibi non tantum pro tua, sed etiam pro vxoris, liberorum, amicorum, omnium deniq; illorum animabus reddendam fore rationem, quos auctoritas tua, siue opinio, quam de tua doctrina, virtute atque erga ipsos beneuolentia concepere, in errore suo pertinaces reddit. Non minùs enim homines pleriq;, immò multò plures auctoritate, quam ratione siue argumentis, tam ad falsum, quàm ad verum perducuntur. Sic illi, quos iam modò dixi, hanc habent rationem: Longinus cum sit vir linguarum doctissimus, qui sacras literas Sanctosq; Patres multum legit, omninò scire debet, Protestātium fidem neq; nouam esse & cum scriptis Prophetarū atque Apostolorum conuenire: nam si aliter comperisset, neq; ipse in ea perseueraret, & nobis quoq; eius deserēdæ auctor esset, cùm sit vir optimus, nobisq; quos plurimum diligit, optimè cōsultum cupiat. Ecce hoc est Prædicantem agere, hoc est in errore

3. Nota pertinaciæ.

Longinus ex his notis se pertinaciæ vitio laborare, potest colligere.

Conatus voluptatem Longini timore temperandi.

Longinus auctoritate sua multis causa erroris est & damnationis.

Est ergò cõditio eius miseranda.

simpliciores corroborare, hoc est ab Ecclesia animos aliorum absterrere. Quid autem te potest esse miserius & infelicius, si auctoritate tua tot animas Christi sanguine redemptas in æternum exitium præcipitaueris? *Væ homini illi, per quem scandalum venit:* nam qui *vnum* modò *de pusillis scandalizauerit, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo eius, & demergeretur in profundũ maris.*

Non modò multa talenta Dei abscondit,

Si seruus ille, qui vnum à Domino talentum acceperat, propterea quia id in terra defoderat, tanquã *seruus malus & piger in tenebras exteriores mitti* meruit: quid te tandem futurum putas, qui plura talenta, ingenium, doctrinam, linguarum peritiam, & natam indè non mediorem apud multos auctoritatẽ

Sed etiam Dei & Ecclesiæ inimicis ea cõmodat.

partim abscondis, & sine vlla Dei vtilitate perire sinis, partim Dei & Ecclesiæ hostibus velut arma, quibus nos oppugnent & plures ab Ecclesia alienent, suppeditas? quid habes quæso, quod non à Deo accepisti? Si autem accepisti, quare non vteris, quemadmodum is vult, qui dedit? Cur labores tui sunt in domo aliena? Cur ab illis stas & eorum te facis participem, quos veros Dei ministros esse, neq; multorum alijs errorum auctores esse, nunquam iusiurandum dare auderes, atq; adeò de rebus minimè friuolis ab eorum sententia te abhorrere non obscurè ferre soles?

Quia affectu laborat, nihil ei admonitio prodest.

Sed nimirum ita est, quemadmodum Aristotelem supra dicentẽ audisti, eũ qui affectibus sit obnoxius, orationẽ dehortantẽ nõ audire, neq; intelligere, omninoq; nõ rationi, sed tantùm coactioni cedere.

Prodesset ei, si periculi sui magnitudinẽ sciret.

Quoniam verò non habes, cuius vim & coactionem metuas, ad expellendum ex animo tuo Affectum, & locum Rationi parandum, nihil aliud reliquum esse intelligo, nisi vt aliqua ratione Magnitudo periculi, in quo salus animæ tuæ uersatur, mentis tuæ oculis repræsentetur. Sic enim fore spes ostenditur, vt salutarem aliquem Timorem concipias, & ex eo spiritum salutis parias, quemadmodum Isai. 26. scriptum est: *A timore tuo Domine, concepimus & peperimus Spiritum salutis tuæ.*

Timeret enim, & ex timore fieret de quærenda ueritate sollicitus.

Nam *per Timorem Domini declinat omnis à malo*, Prou. 15. Et *qui timet Dominum, nihil negligit*, sed attentus est in querendo, nullumque inueniendi veri adiumentum siue medium prætermittit,

mittit Eccles. 7. *qui* autem *quærit, inuenit*, Math. 7. Age igitur, *veni & audi me: Timorem Domini docebo te*, Psal. 33. Timebis autem, si quanto anima tua erroris ac proindè salutis in periculo versetur, vel leuiter perspexeris: quod quidem fore non despero, si quæ res olim Iudæos in errorem induxerit ac perdiderit, ex ijs quæ supra in medium attuli, cogitare velis. Nam & Apostolus 1. Cor. 10. vt timorem & cautionem Corinthijs incutiat Iudæorum exemplo vtitur: *Patres* (inquit) *nostri eandem escam spiritualem manducauerunt, sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupiuerunt: neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt: neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt. Hæc autem omnia in figura contigerunt illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos sæculorum fines deuenerunt. Itaq; qui se existimat stare, videat ne cadat.* Hoc est, si eadem faciatis, quæ illi fecerant, qui perierunt, est quod timeatis, ne idem vobis eueniat, nam quæ illis euenerunt, figura sunt eorum, quæ nobis eadem facientibus euentura sunt. Propterea enim Deus ea describi fecit, vt sciremus de similibus simile esse iudicium. *Quid est, quod fuit? Illud ipsum, quod futurum est*, Eccles. 1. Quam porrò tu habeas omnia similia ijs, qui quondam in errorem lapsi, ob verbum Domini non rectè intellectum perierunt, non difficulter perspicies, si cuiusmodi illi fuerint, ex illis scripturæ locis, quæ supra in medium attuli, discere volueris: in quo vt te non nihil adiuuem, argumentum locorum illorum summatim comprehensum tibi exhibebo. Illi ergò, quos error in Religione, sic e scriptura perperam intellecta perdidit, erant huiusmodi.

Iudæorũ exemplo suum periculũ discere potest.

Nam illorum exẽplo Paulus quoq; Corinthijs timorem incussit.

Nam de similibus similie est iudicium.

Et ex præteritis iudicari debet de futuris.

I. Prouocabant ad scripturas, paratissimos se profitebantur cedere, si quis verbo Dei ipsos conuinceret, de die in diem quærebant veritatem, & scrutandò scripturas scire vias Domini studebant, seq; sacram scripturam pro se habere gloriabantur: sed si quis eis afferebat loca Scripturæ, illi reijciebant ea, nisi sic intelligerentur, quemadmodum ipsorum mendaces scribæ &

Quales fuerint Iudæi, qui ob Scripturam falsò intellectã perierunt.

Prophetæ voluntarij, nec à Deo missi interpretati fuerant. Sperarunt igitur potius in Calumnia & in Mendatio, quàm in ipsa sacra scriptura, cùm Textus Scripturæ falsò intellectus nihil aliud sit, quam Calumnia.

II. Errorem suum, siue falsam verborum Scripturæ sententiam propterea pertinacissimè tuebantur, quia à pueris eam combiberant, & parentes suos eius auctores habebant.

III. Putabant se esse sapientes, sibiq; velut hominibus ingenio & eruditione pollentibus astutias falsorum Interpretum, auctoritatem parentum, & diuturnam consuetudinem imponere posse nequaquam credebant. Extra erroris periculum sibi positi videbantur, quasi suo Marte scripturæ verba sic intelligerent, non propterea quia à parentibus stilo mendaci scribarum deceptis huiusmodi scripturæ sensu iam indè à primis ætatis annis imbuti essent.

IV. Videntes siue Sacerdotes contemnebant, eorum iugum à se proijciebant, ijs rebellabant, verbum Dei ab illis interpretatum reprobabant & blasphemabant, & quamuis à Deo iussi essent, Legem ex Sacerdotum ore, & scietiam ex labijs eorum requirere, nihilominus non modo eos non audiebant, sed insuper quomodo videre ac legem interpretari deberent, eis præscribebant.

V. Nolebant ambulare in semitis antiquis, sed in vijs siue abinuentionibus suis & in itinere non trito.

VI. Contemnebant ac deridebant eos, à quibus monebantur, vt humiliarentur, seq; Dei verbum non intelligere faterentur, quod alioquin futurum esset, vt pedes eorum ad montes caliginosos offenderent, & Lux, quam ex scriptura sperabant, in caliginem & vmbram mortis eis conuerterentur. Dicebat Propheta: *scio quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet ac dirigat gressus suos*, Ier. 10. Propter quam causam meritò se humiliare ac timere debuissent, nè fortè non ambularent in recta via: sed illi superbia inflati satis oculis vti sibi,

nec

nec in tenebris siue obscuris scripturæ locis Duce opus habere videbantur.

VII. Confutati & nihil se contradicere posse sentientes vel tumultuabantur, vel tacebant, ne victi viderentur.

VIII. Quamuis suæ opinionis argumenta sæpius reuicta scirēt, eadē tamē subindè repetere & eadē semper chorda oberrare nihil eos pudebat, & quamuis hanc maximè perspicuam Pertinaciæ Notam esse scirent, se tamen Pertinaces esse minimè credebant.

Longinus se cum Iudæis illis comparare deberes.

Quod si nunc ad te referre, & conscientiam tuam rogare volueris, nihil prorsus dubito, quin omnia eadem in te ipso deprehendas, ac proindè ne idem te maneat exitus, meritò formides. Quare nihil est, quod concitatius aliquod orationis genus ad excitandum in animo tuo Timorem, quod Oratores in causis maximè ambiguis minusq; vincibilibus solent, à me nunc exspectes. Si enim nihil te mouent allata à me tot Dei verba, quæ tamē potentia sūt *confringere cedros Libani* (Psal. 28.) & sunt *quasi ignis, & quasi malleus conterens petram* (Ierem. 23.) næ ego meis verbis duritiem cordis tui molliri posse, nisi singulari exemplo insaniam, sperare non possum. Mantissæ tamen loco vnum adhuc alterumq; scripturæ locum tibi appingam, quos si perindè vt cæteros contempseris, habere me existimabo, cur illud Propheticum in te conferam Ierem. 51. *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.*

Mantissa siue additamētū.

Hæresis similis meretrici vel Adulteræ.

In Prouerbijs Salomonis non semel vera & falsa Religio, siue Sapiētia & stultitia sub imagine ac similitudine Mulieris sapientis & Mulieris stultæ describitur, & monetur vnusquisq; vt stultam velut Meretricem, adulteram, alienam & extraneam deuitet, sapientem verò diligat eamq; vxoris loco habere ac retinere velit. Prou. 7. *Dic Sapientiæ, soror mea es: & Prudentiam voca amicam tuam: vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit.* Prou. 5. *Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ,* nempe cum sapientia: *vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter: noli seduci ab aliena, nec foueri in sinu*

alterius. Prou *Si scientia animæ tuæ placuerit, seruabit te, vt eruaris à via mala*, id est, *ab homine qui peruersa loquitur* (vt abducat discipulos post se, Act. 20.) *vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos*. Vt autem tanto maiorem metũ animis conciperemus tantoq; diligentius nobis ab Hæresi cauendum sciremus, magnitudinem periculi ab ea imminentis sic declarat, vt primum dicat tantam esse verborum eius turbam & dulcedinem, vt qui aures ei præbet, statim blanditijs victus & gaudens ad perspicuam perniciem duci se patiatur. Prou. 5. *Fauus stillans labia Meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Itaq; longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius*. Pro. 7. *Mulier ornatu meretricio vacordem iuuenem deosculata irretiuit multis sermonibus & blanditijs labiorum protraxit, sequiturq; eam ille, quasi agnus lasciuiens, ignorans quod ad vincula stultus trahatur: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit, quod de periculo animæ illius agitur*. Deindè gigantes quoq; & fortissimos ab ea vulneratos & interfectos, hoc est, in errorem inductos esse etiam doctissimos, qui propter ingenij acumen ac perspicaciam & litterarum abundantiam putabant fieri non posse, vt falsa Scripturæ interpretatione deciperentur. Prou. 9. *Ignorauit væcors à muliere stulta & clamosa plenaq; illecebris inuitatus quod ibi sint* (siue, vt est in 70. *quod apud eam pereant*) *gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius*. Prou. 7. *Ne abstrahatur in vijs illius mens tua Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; interfecti* sunt *ab ea*: quia nimirum parum timuerunt, sed in virtute siue doctrina sua cofisi sunt, obliti eius, quod est in Psal. 32. *Non saluabitur Gigas in multitudine virtutis suæ. Ecce oculi Domini super metuentes eum, vt eruat à morte animas eorum*. Tertiò vix quenquam ab Hæresi semel deceptum resipiscere. Prou. 7. *Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius Omnes, qui ingrediuntur ed eam, non reuertentur nec apprehendent semitas vitæ*. Postremò; multò grauiorem fore dolorem ac damnationem eorum, qui contemptis amicorum monitis animum inducere nequiuere, vt cùm ipsi satis docti sibi viderentur, Sacerdotibus velut Magistris aurem inclinarent, & Scriptu-

Quam periculosa sit Hæresis.

Primum specimen periculi.

Secundum Specimen.

Tertium specimen.

Quartum Specimen.

Scripturas ex eorum præscripto intelligerent, sed potius vires ingenij sui ad Ecclesiæ ædificationem à Deo acceptas, honori & emolumento Hæresios impenderunt. Prou. 5. *Longè fac à Meretrici viam tuam: ne des alienæ honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouißimis, quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum* (siue, cum mortuus fueris) *& dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meũ, nec audiui vocem docentium me & Magistris non inclinaui aurem meam? Tunc comedes fructus vitæ tuæ* (Prou. 1.) *tuisq; consilijs saturaberis. Ego verò* (ait sapientia) *in interitu tuo ridebo, & subsannabo, cùm tibi id, quod timebas, aduenerit.* Sed hoc à te, mi Longine, Deus auertat: quod certò faciet, modò tu velis, & Magistris illis tuis, *fabricatoribus mendacij & cultoribus peruersorum dogmatum*, Dauidis exemplo Longum VALE dixeris: *Discedite à me Maligni, & scrutabor mandata Dei mei.* Ecce timorem Domini iam te docui. Tu, quod reliquum est, *recede à malo & fac bonum*, Psal. 33. *Ne sis sapiens apud te ipsum, neq; innitaris prudentiæ tuæ: sed time Dominum, & recede à malo. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget.*

Votum pro Longini salute.

Prou. 3.



